

Gerardus Helzel



Liber Latinus

EDITIO  ROMANA

LIBER L ATINUS

scripsit

Gerardus Helzel



Hamburgi

MCMXCVIII

EDITIO  ROMANA

Editio emendatio MMIX

Imago tituli: tabula oleo picta „Minerva, pastrix bona“
auctoris.

© Editor sibi prohibet ius proprietatis.

Liber pro tironibus

Restat ergo gratia pro respectu, quod lector, qui linguam Latinam discere vult, nostro libro usus se in mediam rem contulit. In libro, quem in manu tenes, inest spes res et verba nova divulgandi, cum et re vetere et verbo usitato hic sit locus. In libro numquam fere Latinitate sola Ciceroniana, sed viva voce usi sumus, ut et nova et vetera apte describeremus, cum et grammatica et didascalica sine detrimento et inani Ciceroniana doctrina exhiberemus. In verbo ipso inest claritas, non in loco, qui forte sit scriptore aliquo divulgatus. Quam ob rem non est operae pretium, omnia sine vi expressionis, sed verbis ipsius Ciceronis dicere, sed multo magis r fert non solum studendi caus , sed etiam muneris grati  se in linguam Latinam insinuare. Quam ob rem in hoc libro perhibere volo non solum materiam classicam, sed imprimis reanimatam, quae in usu scholarum adhuc minus apte pertractatur. Imprimis pro lectore, qui linguam a primordio discit, destinatus, liber se ad omnes res, quae in vita aliquando occurrunt, ad omnes difficiliores subtiliores etiam diversitates animi, corporis et omnium disciplinarum, quae nunc sunt in omnium ore, inclinat. De verbo "classico", quod apud Gellium primum hoc nostro tempore derivatum indicat "rem ex aliis nobili quadam et extraordinaria forma excellentem" nolo etiam h c disputari, cum et mens et ingenium hominum mutetur, Latinitas sensim plus plusque comprehendere possit. Argumentum libri ergo non est facultas, omnes locos apud Ciceronem plane comprehendendi, sed immo res et facultates linguae Latinae apud omnes, qui Latine vel sciunt vel scripserunt intellegendi. In animo habeo ergo non solum homines docendi, sed etiam opera Latina ipsos conficiendi causa inflammare.

Primum

In villâ est femina. De fenestra spectat. In fenestrâ est femina. Femina est in sella.

In sella est puella. Puella et femina sunt in villa.

De fenestra spectat femina. Femina et puella de fenestra spectant. De villa est via per aream. In area est viola. Viola est propter rosam.

Viola et rosa sunt in villae area. Area est ante villam. Et in villa est umbra. Ante villam est puella, puella rosam amat. Etiam violam, si pila in area est. Violam tum non violat. Violam noli violare, si pila per puellam redit.

In herba est femina, femina est in sella. In sella est puella, puella est ante villam. Ante villam est rosa, in villa est sella, in sella est puellae pupa. Pupa est flava, puella est fulva. Coma puellae est fulva.

Feminae coma est flava. Coma flava est pulchra.

In sella est puella cum pupa. Pupa est parva. Puella quoque parva est. Se ipsa puella lavat mane. Pupam quoque lavat. Aquâ puella pupam lavat. Nec puella nec femina in vita se lavant sine aqua.

In aqua est rana. Rana in aqua coaxat. Rana est belua. Belua in natura est. In villa est radícula in tabula. Femina radiculâ cenam ornat. Cena in tabula est. Etiam puella tabulam adspectat. Ante cenam est aqua necessaria. Puella dextram et laevam lavat aquâ. Aqua est frigida, sed iucunda. In mensa est assatura. Assatura delicata est. Femina assaturam radiculâ ornat.

Flava puella et rara et cara.

Et femina et puella sunt in culina. In mensa culinae sunt puella et coqua. Coqua cenam parat. Sine coqua cena non bona et delicata est. Cena delicata est bona, si coqua est perita.

Secundum

In herba sunt multae sellae. In sellis sunt femina et puella, in reliquis sellis nemo est. Sellae sunt in umbra. Umbra est necessaria. Umbra est iucunda. Puella est apud aream. In area sunt multae violae et rosae. Rosae sunt rubrae. Sunt etiam rosae gilvae. Alba rosa in via est. In villa est nemo.

Sellae sunt iucundae. Nemo in sella est, si cena in villa est. In villa multae coquae non sunt. Una coqua sola in villa est. Beluae escam amant, puella amat cenam. In cena sunt nonnumquam uvae. Nonnumquam etiam in assaturis uvae sunt. Uva est delicata. Multae uvae sunt in vinea ante villam.

In vinea sunt puellae. Puellae vineam adspectant. In puellarum coma sunt rosae. Rosa est sine spina numquam. Numquam rosae sine spinis sunt. In vineis hodie multae puellae laborant. Media vinea in comis puellarum inest: sunt enim uvae in coma puellarum.

Puella pulchra in coma est coronâ rosae. Rosae sunt roseae. Flavae puellae sunt coronis rosarum roseis, fulvae sunt coronis gilvis.

In aqua sunt multae ranae. Ranae coaxant. Super aquam luscinia volat. Ad aquam puella volat. Se in aquam praecipitat. Ranae territae sunt. In fugam ranae se dant. Puella etiam lusciniam fugat. Avolat luscinia, puella lusciniam adspectat, aliae puellae etiam in aquam volant, ranas fugant.

Multae radicae in mensa villae sunt. Ancilla ex area etiam betas purpureas apportat. Sine ancilla nihil parat coqua.

In villae vinea puellae mox se ornant et rosis et hedera.

Puella parva magnam hedera ornat, aliae puellae adspectant coronam. In villae areis multae plantae, imprimis pro culina, sunt.

Vexat se nemo sine causa.

Tertium

In stagno multae ranae sunt. Stagnum est plenum aquae. In stagno est vir, in alio stagno est ciconia. In tertio stagno est rana. Et si in stagno inest aqua, vir natat, ciconia rostro crepitat, rana se in fugam dat.

In secundo stagno est puella. In aqua fugat ranam, vir ad stagnum puellae nat. In eo stagno est re vera aqua nunc turbida, quod stagnum vir turbat.

In casa habitat vir, in villa habitat femina. Uterque ergo in domicilio habitat. Si vir est in villa, dominus est. Si femina est in villa, domina nominatur. Ergo et femina et vir in villa sunt domini. In parva casa inest servus. Servus etiam vigilat pro domino. Et de caelo est aqua, cum gutta stillat ad terram. Terra est globus.

In terra est nemo sine gaudio, si laetus est. Sin maestus, in terra non est locus.

In terra est locus amoenus in horto domini, id est, si hortus est pulcher. Sin malus est hortus, etiam terra est mala.

In villa de caelo stillat gutta. Tectum enim malum est. Ergo vir tectum reparat. In villa est etiam lectus domini. In lecto est locus iucundus domino, cum fatigatus est. Si femina fatigata est, in sella ante villam cubat. Vir est re vera contentus, si servus cenam bonam parat. Serva et coqua cervum parant. Et puella cervum non amat, si est pro mensa.

In propinquo est equus in prato. Pratum est amoenum. In medio prato sunt alius equus et equa.

Apud equam stat pullus. In terra est alius pullus equinus. Re vera et pullus in terra et equa sunt contenti.

In terra est humus. Humus est vel arida vel umida.

In Aegypto pulchra est fluvius Nilus. Aegyptus est terra umida ad Nilum. Restat etiam locus umidus in Aegypto, si Nilus siccus: cisterna.

Quartum

Multi viri et multae feminae in villa magna habitant.

In villa etiam puer et puella sunt. Etiam in casa parva est vir, in stagno vero nunc sunt duae ciconiae. Ciconiae rostris amant ranas captare. Cum rostrum est longum, ciconia multas ranas captat. Ranae et gyrini per stagnum natant, cum ciconia appropinquat. Si ciconia est satura, ranas non captat. Si ciconiae sunt saturae, in nido pulli ciconiarum ranas manducant.

Multi pueri in villa sunt, si puella festum celebrat. Puella enim multos pueros libenter invitat. In cena est mensa prima, mensa secunda. Pro mensa prima malum pro puero uno est, alii pueri sucum malorum potant. Si sucus est bonus, pueri puellam laudant. Si malum est rubrum, pulchrum est.

Puellae mala rubra sunt, etiam malae.

In villa etiam latrina est. Latrina in angulo villae, in segura aquae derivatione est. In aqua frigida raro aliquis se lavat. In aqua tepida multi libenter se lavant.

In villa etiam balneum est. Balneum et aquam et alveum et labellam habet. In balneo familia balneat, aquâ calidâ lavat, aestuat aliquando.

In balneo nonnumquam se lavat vir. In alio balneo inest femina. Quis in tertio balneo inest? Nemo. Tertium balneum non est in villa.

Et viri et feminae saepe in balneis publicis se lavant, natant, communiter iocos narrant. In balneis inest tepidarium, frigidarium, et nonnumquam caldarium. Etiam in sudario sunt multi viri et feminae.

In sudariis sunt subsellia, in subselliis sunt viri et feminae. In nonnullis balineis etiam pueri et puellae per iocum in aquam se praecipitant, trans alveum nant. Ibi etiam viri inter se ob victoriam certant.

Si pueri et puellae in aqua insunt, semper laeti sunt, si bene nant. Plerique viri et feminae bene nant, sed in aqua nonnulli alios superant (alii alios superant).

Quintum

Apud plagam

In aqua est semper unda, undam ventus portat ad oram, in ora est saepe homo, et homo in aqua ridet, quod unda terret eum.

Si homo in unda nat, semper celeriter nat. Undae sunt in aqua magna, eam aquam homines amant. In magna aqua etiam navigant homines, si ventus est. Sin aliter, remigant.

Multi homines aquam etiam timent. Etiam natatores sunt in periculo, si aqua est turbida. Multae feminae in aquam non ire cogitant, quod algent. In algore etiam viri non audent in aquam inire. Sed si animo sunt firmo, etiam algor non terret. Ventus est iucundus scaphae. Etiam homini est iucundus, si sudat. Multae feminae sine viris in plaga aquae ambulant, cum ventus est, quia scaphas videre volunt.

Viri autem scaphis navigare vel remigare volunt, laudant ventos et auras. Aurae sunt frigidae, si mane est. Vespere (vesperi, vespero) venti leniter flant super aquam.

Arbor est ante villam. Arbor est alta, multos ramos et folia multa habet. In ramis sunt aves, aves cantant et pipiant.

Nemo aves turbat, cum pipiant et cantant ante villam, praeter puerum. Is puer avem captare vult, sed ob nimium timorem avis non captat, sed terret solum avem.

Tota terra in caelo est parva, si cum aliis planetis magnis comparas. Homini est magna, quia homo vix pede terram perambulat.

Nullus potest uno pede stare diu.

Nemo stat uno pede semper.

Re vera una femina uno pede stans nullam victoriam habet, si saltare non potest. Sin vir adiuvat, facile ita saltat.

Sextum

Dominus villae in aqua balneat. In aqua etiam anseres sunt nonnulli, et pastor ante villae pratum gregem aliorum anserum observat.

Cuculus in arbore, cui nomen fagus, vocat. Vox cuculli per silvam sonat. Aures hominum libenter cuculis auscultant.

In silva multae bestiae habitant. Lupus homines mordet, ursus pueros raptat, cervus venatorum gaudium. Etiam capreae sunt venatorum deliciae.

Opifex in officina diu laborare debet. Omnes labores, omnia pericula opificis sunt pro familia. In officina etiam opificis filii laborant, filias in matrimonium aliorum opificum collocare vult. In fabrica sunt etiam feminae. Eae pro pecunia laborant, semper fatigatae ob magnum laborem sunt.

In officina nemo libenter laborat sine magna pecunia. Pecuniam dat dominus officinae. Et filiae domini sunt contentae pecuniâ, quam eis pater dat.

Pater et mater tres liberos habent. Unus filius, duae filiae patris sunt deliciae. Mater imprimis puerum amat. Alterum filium procreant. Pater filios in officina sua videt, cum eum adiuvant. Pater et mater sunt in villa vesperi, filia amicam visitat, alter filius in speluncam maturat, alter in villa cubat. In spelunca sunt multae puellae, quae saltare volunt. Iuvenes sunt ibi multi, et parentes in villa sunt contenti, quia iuvenes ibi sunt iis noti.

Nemo in villa potest sine periculo in vita semper esse. Immo familia ad voluntatem fati tacet, liberi vero fatum laudant, si amor in vita aliquando incohat.

Quid, si dolor in vita aliquando animum occupat? In vita homines vel timent vel gaudent, saepe etiam dolent vel beati sunt. Si quis laudat fatum, et fatum est secundum, et aures hominum libenter auscultant.

In autumno est finis voluptatum, si villae igne (igni) carent.

Septimum

In oppido sunt et fontes et putei. Ex fontibus aqua rigat vineas.

Puteus in villa est necessarius pro familia. Tota familia saepe ad fontem vineae stat, aquam claram frigidam potat. In villa est puteus vitae necessarius.

In oppido sunt multa templa, in templis multi viri et feminae orant pro se vel aliis. Templa sunt splendida, communiter et viri et feminae ea visitant. In templis vel deorum simulacra vel ornamenta sunt. Ornamenta symbolum pro divino numine continent. Et ex numinis voluntate et ex hominum votis sacerdos templa consecrat. In templis magnis etiam dei magni sunt imagines. In imagine deorum multi homines se ipsos vident. In imagine dei inest officium, voluntas, pulchritudo.

Pulchritudo est signum dei, quia etiam di sunt pulchri. In deorum simulacris in templis, in plateis, in triviis homines et curas et vota vident.

Sacerdos est dei adiutor. Deum enim adiuvat, cum et homines deo re vera in templum vocat. In templo vero non omnes homines sunt fidi in deum.

In schola multi discipuli et discipulae sedent in subselliis, voci magistri auscultant. Vox magistri iam rauca est, quia nonnulli discipuli non obtemperant. In schola sunt semper pueri et puellae, qui magistrum vel magistram amant. In magistro iucundo inest lepos. In magistro etiam disciplina discipulorum animos movet. Movet etiam podicem pueri pravi baculus. Podex vero pueri probi numquam dolet.

In villa sunt et stabulum et officina. In stabulo quattuor equi stant, saepe in eis vel dominus vel alii equitant.

Dominus villae numquam in officina laborat, immo servus ibi instrumentum novum fabricat.

In grege etiam pastor numquam solus.

Octavum

“Amasne illam puellam?” susurrat puer in aurem alterius pueri. “Susurra in aurem puellae tuae, ‘ te amo’, si eam amas,” respondet puer primus. “Ego illam non amo.”

In puellae aurem ergo susurrat puer primus: “Te amo, mea parva.” Puella dat vel osculum vel alapam. Quid dat? Ergo, lepida est. Primum osculum dare non vult, sed primam alapam in puerum vult. Temptat ergo alapam dare. Alapa non firma, puer est festivus. “Iterumne?” interrogat. Puella respondet: “Tu mihi nihil osculum das, ego tibi nihil osculum do, sed exspecta annum.” Puer ergo lacrimas tenet.

In villa est locus serenus. Ibi omnis familia cantat vesperi. Mater cantat voce acuta, pater voce infirma, nihil enim cantare potest. Filius quoque non cantat, sed filia in sella ridet, si pater tonum perturbat. Tum puella se ad portam inclinat, vocat: “Vos estis omnes stulti, ego sola bene canto.” Nemo vero in villa contentus est voce sua, sed omnes vocem exercere volunt.

In culina mater cenam parat. Ancilla eam adiuvat. Ancilla formosa est, sed veste sordida. Ova in patina hodie sunt bona, quia cum lardo miscet ancilla. Lardum est salsum, in frigidario inest. Cultro secat ancilla cepam, miscet ovis.

Lac est in vase vitreo. Ancilla lac in pocula vitrea dat. Lacte et vino contenta est familia potione.

In villa sedet pater ad ignem, autumnus enim est. In sella alia filia net. Pater ridet: “Id filium bene nes. Filium tuum voca, monstra filium.” Ergo filia filium suum vocat, matrem salutatur, videt filium, laudat opus: “Fila bona fabricas, mater. Vos omnes videtis: quam pulchra sunt fila. Ego filium nihil possum nere.”

Sub tecto est camera, in qua ancilla habitat. Saepe de amico cogitat, qui in alio oppido habitat.

Nonum

In villa est dominus semper pater, si mater abest. Sin adest mater, nonnumquam viam ei monstrat, vel in culinam vel in officinam. Nemo sine parentibus vitam iucundam habet. Omnes a parentibus amantur. In vita nostrae aetatis parentes omnia pro liberis ordinant, si sunt liberi iuvenes. Olim etiam in matrimonium collocavit pater filium et filiam. In filiis et filiabus inest dignitas, si parentibus parent. Si pater vero paret domino, ergo etiam pater est dignus laude, quia nihil oppugnat contra alios, qui opibus valent. Si quis valet opibus, vir vel femina pecuniam magnam possidet. In vita semper fortunatus est, qui pecuniam possidet.

In prato ante villam et puellae et pueri gaudent, quod vitrea cum lacte eis praebet mater. In umbra iacet lepus. Eum vox puellae, quae veste est rubra, fugat. “Visne alapam?” interrogat alia puella. “Non licet tibi anseres et lépores parvos fugare. Si tibi est otium, mecum pisces capta.”

Ergo ambae puellae ad rivum propinquum properant. Ibi iam multos pisces in aqua translucida vident. “Au”, inquit Prima, “te piscis certe mordet.” “Ineptiae”, puella secunda, cui nomen Secunda est, respondet, “Pisces non me, sed digitum meum mordent, si in aqua teneo.”

Ergo “Dic”, respondet Prima, “quid in aqua ibi vides?” Secunda: “Esox est, mordet certe.” Sed linea piscatoria puellis deest. Quid ergo? “Digitum in aquam tenere non audeo”, respondet Prima. “Sed quid possum facere? Nihil habeo, pisces captare non possumus.” Ergo utraque deliberat. Acclamat subito vox: “Heus, vos duae, nihil captatis, nemo vos adiuvat.” Prae gaudio vix lacrimas tenet parva Prima: “Euge, pater nos adiuvat, lineam habet, captare multos pisces possumus.”

Decimum

In aqua rivi pisces nant. Imprimis esox, piscis prae clarus, hominibus est gaudio. “Sodes”, inquit piscator, “veni ad me, piscis. Se quisque maxime amat, ego vero pisces omnium rerum maxime aestimo.”

Piscator etiam carpiones, qui Graece cyprini nominantur, aestimat. In numero piscium vero salmo omnium maxime laudatur.

In rivis Italiae etiam alii pisces inveniuntur. Ex piscibus vero, qui in flumine Tiberi inveniuntur, nullus iam conditur, sed omnes in patina sine sale, sed cum oleo assantur.

Tiberis fluvius ad urbem Romam admodum latus est, et multi homines non audent turbidam aquam intrare.

Ostium Tiberis ad oppidum Ostiam est.

In Tiberi sunt multae naves. Navis non est tam lata quam Tiberis, quam ob rem spatium restat duabus navibus, si per Tiberim navigant. In regionem meridianam naves onus magnum portant, retro onera parva portantur. Nautae in navibus sunt robusti, multa onera portare videntur. In umeris nautarum adustorum sacci portantur, in navibus collocantur. Ad ripam Tiberis multi agricolae naves vident, uxores eorum salutant, liberi arriident.

Rustici in villis ruri habitant. In tabernis urbis Romae fruges, holera et alia agriculturalum inveniuntur. In mensis tabernarum etiam libri, vestimenta, vasa demonstrantur. Si quis formam vasis laudat, etiam pretium ei nominatur.

In silvam it puer. Ibi sunt multae arbores variae. Pleraeque sunt pini, quarum silva pinetum nominatur. In pineto odor resinae aërem implet. Aestate viator sudat, si per ramos viam temptat. Aquam frigidam in propinquo desiderat, saxa videt, fontem adspectat aquae frigidae, qui pedes suos irrigat. Pedes viatoris post viam longam dolent, peram in terra (humi) collocat, lavatur aquâ frigidâ. In lacunam stillat aqua fontis, derivatur etiam in

hortos vicinorum, ad magnum olivetum latus rivus iam videtur.

In oliveto multas oleas videmus, quarum numerus ad mille fere a nobis aestimatur. Bene non numerare oleas possumus, quoniam numerus est nimius. Mavultisne vos in silvam ire an in olivetum? Utrum mavis tu, amice, domi manere, an nobiscum ire?

Quid, amici, in otio vestro praeparatis?

Primus amicus in otio suo in lecto cubat.

Secundus amicus in horto laborat, arborum ramos putat. Tertius amicus in villa parentum vinum potat, quia maestus est ob amicae absentiam.

Quomodo eum adjuvare possumus? Facile:

Primus amicus debet amicam invitare, amicam non ipsius, sed tertii. Abire debet ipse foras, amputare alias arbores, secundus amicus vigilare debet, quia nulli intrare licet, dum primus amicus apud amicam est.

“I in tabernam, pota.” Id est votum amici, qui libenter potat. “Eo libenter in tabernam, si mihi est pecunia.” Ea est voluntas amici, qui pecuniam magnam possidet. “In tabernam omnes imus, si ibi vini permagna est copia, et si sapor vini placet.” Id est propositum potatoris, qui numquam ad finem venit. “In taberna caupo vinum acidum praebet, ego semper aliquid mellis admisceo, soleo etiam mel in mensa collocare, si in villa solus sum.”

“Vos itis ad villam, adiuvate dominum, qui desiderat auxilium. Cum eo pervenis, dominum saluta meis verbis. — In horto eius arbor magna nuces habet. Hieme nuces melle condire volo. Quid, si nuces mihi apportas?”

“Mane tu, sodes, in silva est hodie venatio. Canibus et multis venatoribus beluae captantur, necantur, demonstrantur. Utrum amas venationes, an abhorres?” Festum in silva hodie venatores praeparant. Ibi etiam apri assantur, gustantur ab omnibus. Ecce musica iam audiri potest, audite!

Undecimum

In schola sunt multi liberi, qui nondum omnia sciunt. Nemo quidem omnia scit, sed omnis discipulus bonus omnia a magistris audire vult. Multi magistri non iam in scholam eunt, sed discipulos privatos habent. In vita cottidiana (quotidianana) sunt enim liberi semper contenti scientia parentum, in vita bonorum id scire volunt, quod est minus iucundum, sed plus utilitati discipulis. In schola nonnulla non inveniuntur, quae sunt necessaria pro vita. Sed quis scit, quid sit in vita maxime necessarium? Omnes vero boni id student, quod est optimum, invenire.

In horto est locus, in quo sub arbore alta sedet puer solus. In nitida sella sunt praeter puerum ipsum etiam oblectamenta et liber, ex quo sine dubio puer nonnulla iam scit. Se enim praeparat pro schola. In schola eorum non omnia bene docentur liberis, nam magistri saepe sine voluptate docent, nonnullos liberos taedium librorum et instructionis tenet.

In institutione cottidiana semper aliquid novi docet magister, semper aliquid antiqui remanet. In animo habeo postea singulas disciplinas enumerare, si in schola sunt alicuius momenti. In schola, quae nunc est, sine dubio etiam vana et iniucunda docentur, in schola, quae olim apud Romanos antiquos fuit, semper lingua Latina maximi momenti fuit. Sed in tempore revolutionis, quam antiqui “res novas” nominant, lingua Latina non iam placet iis, qui potestatem habent.

Res in promptu, spes in re vera.

Omnium rerum initium solus Deus scit, nemo alius.

Res pretiosa est donum, quod nemo repudiat.

Res permultae sunt in mundo. Mundus est omne, quod est. In mundo est universum, galaxes plurimae, in iis stellae plurimae, et nonnumquam planetae. In planeta, quam “terram” nominamus, nos habitamus. Antiqui terram orbem putant, “orbem terrarum” nominant. In orbe terrarum est nullus securus, si rebus

adversis pugnat. Sin in rebus secundis inest, omnem felicitatem invenire potest.

Da, ego do

In vita hominum omnes, qui in labore sunt, in tranquillam vitam redire volunt. Quis vero scit, quid sit vita tranquilla? Is, qui re et vera doctrina viam sibi aperit. Aperitur vero via ad felicitatem non laborando, sed ita ut quisque viam invenit, debet in via ambulare.

Viam rectam nobis soli dei indicant, si in errore manere nolumus. Non vult homo obtemperare fato, contra fatum pugnat. Se quisque maxime amat, omnes alios repudiat. In se ipso invenit spem, si asceta est. Re vera asceta in contemplatione vitae se ipsum auget, sed alios repudiat, cum ne id ipsum quidem, quod optimi quique bonum putant, sibi iucundum habet. Quem hominem fanaticum vocamus. Fanaticus enim non ad alios, sed ad se ipsum tantum spectat, si ad eos it, eos monere vult. In vita hominum quidem fanaticus maxime vituperari debet. Fanaticus villas inflamat, homines necat, sibi ipsi omnes villas novas aedificat. Obtemperant ei stulti, ignavi. Tacent etiam, qui in vita valent doctrina. Ridet fanaticus, si vult in flammare tecta, si de hominum necibus cogitat. Cogitatio ipsa nihil nocet, facta vero in malis habentur.

Qui possumus fanaticos impedire? Facile, si fortuna nos adiuvat. In recta fortuna inest potestas, quae fanaticum hominem coërcet. Ille homo in vita saepe amoris inopia vexatur, in homines ergo amorem nullum monstrat. Ergo ei amorem monstra, da spem, rem ipsam tempta. Ille est iam amicus, tibi quoque dat, non iam pugnat contra te. Tu das, ille potest non iam non dare.

In vita semper homines sunt stulti, qui se omnia pecuniâ invenire posse putant.

Duodecimum

Si quis in vita est solus, se ad vitam applicat solitariam. In vita solitaria homo solus semper manet, nisi alios homines invenit, qui se invitare volunt. Se enim ipsi homines amant soli, si sunt improbi, alios quoque, si in proborum sunt numero.

Pater filium suum invitat, etiam uxorem eius; uterque venit. In domo patris est magna manus adolescentium, qui epulas exspectant. Eorum vestimenta sunt in vestiario. In vestibulo ante domum in magna porticu duo canes humi iacent, domum custodiunt. Illa domus magna habitatur a familia architecti, qui domos aliorum excogitat. Ille manu propria vineam plantat, si ei est otium, pro domo laborat, si potest, pecuniam vel in mensa argentaria vel domi suae collocat.

Domi sum, nemo me vexat, ceteri pueri sunt in schola. Aegroto, causam scio: In classe scholae meae me omnes condiscipuli laudant, quod ad finem scholae medesiderium scholae non propulsat, ego enim impiger sum. Se quisque interrogat, si in scholam it: Quis est mihi in vita, qui me in scholam ire iubet?

Iubet pater, iubet mater. Ergo obtemperant discipuli.

Si pater errat, mater emendat. Si mater errat, pater emendat. Si puer errat, eum disciplina scholae emendat. Magister bonus educat. Magister vero domi nihil valet, si in schola non adiuvat. In alia domo vero alius alumnus educatur aliter. In villa vero saepe rustici habitant, in domo quidem omnes habitare possunt. Domos possident, qui pecuniam et praedium habent. Possessor vero praedii semper domum vel domos aedificare vult. In praedio rustico villa aedificatur, in praedio oppidano domus. Sunt etiam ruri domus, in oppidis villae, sed generatim ita est ut supra.

In tribu aliqua nos habitamus. Urbs septem tribus habet, si maior est. In urbe nostra sunt plus quam septem tribus.

In urbe Roma

In urbe Roma multi homines habitant. Incolae sunt nimis multi in villis, domibus et casis laborant dormiuntque. Si quis in domo sua non est in opere, redit in tabernam, ubi vinum vel cerevesiam potare potest. Vinum ex uvis torculatur. Cervesia ex lupulo fermentoque fabricatur. Omnes, qui vinum cerevesiamve potant, ebrii nominantur. Sin homo madidus potus est, in lecto iacet, edormit crapulam domi.

In urbe sunt aquaeductus, qui aquam ad domos portant. In aquaeductibus multis aqua etiam in hortos derivatur. Placent horti, si splendidi sunt, si satis aquae habent. In villis vero etiam aquae salientes hominum vultus movent. Admirationi sunt publici horti, qui multis fontium scatebris splendent.

In foro Romano nobis maxima templa placent. Exempla multorum deorum dearumque sunt omnium admiratione digna. In cellis sunt etiam deorum simulacra, quae in aediculis stant. Omnium preces ad deos eunt.

Preces hominum a deis deabusque audiuntur. Di deaque hominibus respondent, eos monent, confirmant eorum animos. Recte etiam Iunonem appellamus Monetam, quia Romanos in angustiis monet adiuvatque.

Multi di deaque in templis adorantur. Restat adhuc unum, quod Pantheum nuncupatur. In Pantheo sunt etiam statuae deorum exterorum.

Pantheum est symbolum diversitatis religionum. Etiam Romani non semper unum tantum deum volunt adorare. Mutatur mos, mutantur etiam religiones cum hominibus, qui numquam iidem manent.

Viae et plateae, arbores altae et antiquae, senes anûsque, adulescentes virginesque, pueri et puellae, omnes in urbe Roma inveniuntur. Admirationi sunt senes, quod sine querellis vitam tolerant, anûs, quod se in vita sine virorum auxilio vexant.

Tertium decimum

In silva

In silva multae arbores crescunt. Arbores sunt: abies, pinus, larix, quercus, fagus, et multae aliae.

Abies in silvis est iucunda, semper in saltibus videtur. In saltibus aliis etiam pinus larixque apparet. Quercus vero, arbor maxima, re vera glandes producit. Sub quercu pastor libenter quiescit. Sub fago vero oves pascuntur. In umbra quercuum sunt multae aliae plantae, quae in viis etiam apparent.

Praeter viam videmus imprimis betulam, quae cortice albo (alba) omnium vultus in se vertit.

Apud arborum truncos etiam fungi varii inveniuntur. Fungi in patina delicatum cibum dant, nemo non libenter eos edit. Imprimis boletus edulis est iucundus odore saporeque.

Adolescunt arbores, adolescit etiam silva. Parva primum, in terra arenosa exigua, accrescit in magnam silvam. In hortis agriculturalium vero arbores ex silvis sunt quoque, sed imprimis ibi frugiferae crescunt.

Malus est arbor omnium optima. Fructus mali mala nominantur. Pirus alta in angulo horti multa pira sucosa procreat. In pruno pruna crescunt, in ceraso cerasa. Pruna in cena sunt delicata, si in globulis massae coquuntur. Cerasa in auribus fixa puellas decent. In magida etiam cerasa non solum pulchrâ specie sunt, sed etiam saporem praebent iucundum.

In silva etiam bacae permultae inveniuntur. Fragum in terra crescit, etiam myrtillus, iuniperus omnibus nota. Fraga cum lacte mensa prima praebentur. Additur etiam saccari aliquid. Etiam bacae myrtilli sunt cibus optimus. Iuniperi vero bacae assis adduntur, augent saporem.

In silvis sunt multae beluae, quae hominibus nocent. Vespa eum mordet, crabro in terra latet, hominem necare potest. Si

quis crabronem irritat, fugam petere debet extemplo. Sed ves-pam irritare non licet quoque, quia illa bestia aculeo periculoso ab omnibus timetur viatoribus.

Serpens in ima terra (in imo terrae) serpit, mordet viatorem dente acuto.

Feles et meles in silva praedam agunt, captare volunt. Feles etiam domi mures captat, domini est sodalis. Sodales vero hominis sunt etiam apes, quae mel legunt. Apiarius mel ex cellis apium contrahit, mel vendit. Saepe apes per silvam volant, stridorem êdunt, mel colligunt in favos.

Apis mellifica sedula in die multos flores visitat. In calyce vel flore pollen invenit, in cellas portat aestate. Autumno et hieme ex polline melligo, post mel fit.

Hieme semper silva foliis caret, si silva est frondea. Sin ex arboribus coniferis consistit, etiam hieme folia retinet.

Ratio atque usus

Ratio in omni re inest. Continetur ratio etiam homine, belua vero rationis expers est.

Ratio in rebus omnibus inveniri potest. Homo rationis particeps credit se in optima condicione esse, si molestiis caret. Si in vita inest molestia, rationem non intellegit. Ex qua ratione fit fortuna? Ex qua fortuna homo fit? Nullus homo quemque hominem intellegit, quamque rationem comprehendit. Comprehendit rationem, si aliquid computat. Comprehendit, si concludit rem aliquam. Sed si in dubio est, quae sit ratio optima, nemo adiuvat, praeter vates, qui fortunam nobis indicat. In vate inest spes hominum, qui in dubio sunt. Sed quomodo vates fortunam praesagit, si nemo adiuvat? Dei adiuvant vatem, inferi vel superi, mortales immortalesque.

Quartum decimum

In vita res multae nobis occurrunt. Res sunt in domibus, in vita etiam privata, in fabricis, in tabernis.

In rerum natura inest dominatio, quae hominum vitam gubernat. Illa gubernatio in vita numquam finitur. Vita vero in hominum rebus est cottidie nova. Omnis dies novus res novas movet, rem antiquam in fine deponit. Ponitur res, finitur substantia? Non finitur, immo substantia manet. In rerum natura homo res ultimas non tenet. Quis tenet?

In glacie ambulat asinus. Cadit, decumbit alius. Asinus prior resistere vult, tantum in glacie serpit. At asinus alter potest nihil adiuvari, si quoque decidit. In eodem statu est eiusdem infirmitatis. Ergo caudam porrigit, dat facultatem primo asino, qui se manu tenet ad caudam. Trahitur ad terram, in terra dicit: "Cur me servas, amice?" Ille respondet: "Si asinus alium asinum non adiuvat, ipse stultior est alio (stultior quam alius)".

Res et spes

In dubia re spes in angustiis est. In re vera spes non iam necessaria, sed noxia, quod spes futuram rem praemonstrat, res semper iam adest.

Spes ergo fictio vana? Nihil, si accidere potest, quod animo speramus. Spes ergo in animo hominum montes movet, animus vero spe carens in montium radice perplexus rem nec videt nec alteram radicem in alia parte montis intellegit.

In altera parte montis in praesenti esse non possum. Postea facultas erit. Sed quando? Vir in extrema aetate finem praevidet, providet morti. Spes est res in animo inesse semperque manere alii, alii naturam ipsam nihil finitum iri cum morte. Quid est res, quid spes sibi?

Res est, sibi habere domicilium, virum, uxorem, liberos, fatum. Spes est, si quis vitam perdit, se rem eandem habiturum, quam nunc habet.

Praedones et milites

Duo praedones duos milites invadunt. Pecuniam ab eis postulant. Alter praedo dicit: “Quid tecum portas? Id mihi da.” Respondet miles primus: “Gladium, hic habes.” Secundus praedo, qui videt commilitonem appropinquare: “Da mihi nihil, ego satis habeo.” Respondet miles alter: “Do tibi nihil, mortem do.”

Credit miles: “Si mihi mortem das, non nihil habebo.” Respondet ergo miles: “Id tibi vis, quod ego nolo dare.” Quid ergo vult?

“Non omnia simul postulo”, inquit praedo, “sed si viris obtempero duobus, nihil mali erit.”

Ancillae et res novae

In domo fortunata vir et uxor sua habitant. In sella sedent totum diem, servis imperant. Nihil inest in marsuppio aliquando, cum serva in mercatum it.

In foro invenit servum, qui sibi imperat: “Domum redi, pecuniam pete.” Redit ad domum ancilla. Sed domi nihil invenit, servi sunt in culina. Interrogat ancilla: “Cur nemo mihi pecuniam dat? Sola ego hic sto, nemo adiuvat.”

Respondet dominus: “Tu ipsa mandatum habes. Da manum, quid in manu stat?” Monstrat illa digitos. “Ergo,” inquit dominus, “in manu tenes digitos. Quid, si digiti desunt? Nihil enim scis de pecunia, quam tibi mandare soleo. Scis aliquid de furto.” Ancilla tacet. Tandem verbum invenit: “Magister est dominus, omnia dico, quae vis. Pecunia mihi nova, marsuppium antiquum erat. Nunc mihi marsuppium novum, pecunia antiqua est.” Monstrat in parte marsuppii antiquam pecuniam, omnes contenti sunt.

Quintum decimum

In vita hominum incedit cum voluptate semper dolor, si inflamat libido corpus.

Corpus et animus homini sunt proprii. In animo humum non cernimus, in corpore vero humus aliquando apparet. Homini semper animus est datus caelestis, corpus terrestre.

Corpora hominum post mortem comburuntur vel humantur. In corporibus restant ossa, in animis restant animae.

Os est homini firmamentum. Ossa sunt varia, cuique apud medicos nomen datur. Osis nomen scitisne?

Ôs est homini proprium. In ore sunt omnia delineamenta, quae pro homine sunt singularia.

In fido homine etiam animus est fortis. Animus fortis corpus forte sustentat. Corpus forte vero raro animum fortem monstrat.

In hominum cordibus sunt varia, infinita. In corde sanguis fluit. Sed sensum verbi “cordis” etiam extendimus. Si enim dicimus aliquem cor habere, significare volumus eum humanum, lenem, mitem esse. Ut est in proverbio: “Hoc est non modo cor non habere, sed ne palatum quidem”. Etiam Cicero noster sic inimicum obiurgat.

Si dico, “Aliquis mihi est cordi”, tum indico me esse alicuius ex animo amicum. Sin dicimus, “res mihi est cordi”, indicamus rem aliquam nobis gravem, magni momenti esse.

Res vero gravis est etiam iucunda, si nobis placet. Sin aliter, gravis res impedit nos, sed tolerare eam non solum debemus, immo necessitas est eam cognoscere. Si quis cognoscit aliquam rem, in dubio non iam est. Ergo in silva si quis a via recta aberravit, nihil dubitat se in falsa via esse. Sin dubitat, stultus habetur.

Re et spe in vita progressus facimus. In vita facili munera

facilia restant. In vita difficili etiam maxima munera vexant. Re et spe in vita progressus facimus, si pugnamus pro vita.

In vita nobis dux gignitur a creatore, qui ob summum imperium aliquid boni cuique distribuit. In vita sunt etiam quaestiones, quas numquam ante solverunt homines. Eae quaestiones, novae scilicet, aliquando solvuntur. Quando, nemo praedicere potest.

Rationem inducere volumus. Quis prius in orbe terrarum invenit rem novam? Ille felix, beatus est, quoniam omnes posteri eum laudant. Laudatur inventor, laudantur viri docti, qui ob infinitum laborem aliquando rem novam, rem inauditam inveniunt. Illos viros, illos inventores rerum beatos praedicamus.

In natura rerum (in cosmo, vel: in universo) inest divina gratia, quae omnibus rebus immanis magnitudinis scintillam inflat. Illa divina gratia, quam divinam nominamus, quod numquam alia gratia superatur, omnibus rebus quasi deitas insidet. Ergo quaeque res deum aliquem reddit, qui deus a nobis (id est a Romanis antiquis) in faunis, nymphis, deis et deabus colitur.

Iuppiter (Iupiter) est supremus deus. Ille caelum terramque regit. Rex ergo nuncupatur. Iuppiter regnat, in sella regali, id est in solio, sedet. Fulgura ad terram flectit, hominibus et nocet et auxilium praebet. Uxor eius, nomine Iuno, sellae dexteram obtinet. In manu sceptrum tenet maritus eius Iuppiter, ipsa diadema in capite gerit. Regina est divina, hominum curas videt, a matronis invocatur.

Iovis filius, qui omnium maxime invocatur, est Hercules. Mater mortalis, nomine Alcmena, ab Iove libidinis causâ honorem accipit summum deum amandi.

In marito eius Amphitryone semper constantiam animi cernimus. Sed Iovi quis resistere potest? Nemo, praeter uxorem. Indicat ergo fraudem Iuno, obtemperat Iuppiter.

Sextum decimum

Febris immanis homines vexat. Febris dicitur malaria.
 Apud antiquos Romanos imprimis febris quartana erat nota.
 Sitis homines in desertis vexat.
 Puppis est pars navis, in puppi ventum non sentimus.
 Tussis est in homine iniucunda.
 In turri sunt speculatores, qui hostem observant.
 Vis in viro est magna, si corpus exercet.
 Securi rem scindere possum.

Vis in innoxium

Vir innoxius est in culpa nihil. Si vim in eum exerces, sine causa eum punis.

Vi sola nihil perpetrari potest, etiam cogitationem adhibere necesse est. In vi hominum inest periculum. Si periculum incedit, homo vim iniustam tolerare debet. In virium usu homo potest etiam rationem adhibere. Nisi rationem adhibet, vis vana est. In viribus hominis finis incedit, si sine mora pugnat. Ergo: In vi nihil inest sine ratione, cum ratione vero vis divina est.

Febris

Puer aegrotus in lecto cubat, vim morbi sentit. Febris est periculosa. Medicus ergo vocatur. Si morbi vis diminuitur, vires pueri augentur. Ergo puer sentit: febrī vires minuuntur, medicus medicamen dat. Recedit febris.

In febris fine puer surgere potest, sed infirmus etiam nunc est. "Retinent febrī aegroti vires, si edunt." Ita medicus aegrotum adiuvat, cum eius vires restituit.

Siti laborant, qui febrim habent. In febrī inest periculum, quam ob rem nostra aetate penicillino sanatur.

In desertis

In oasi inest plantatio, in qua arbores et arbusta crescunt. Imprimis ibi in palmetis palmas invenimus, quarum fructus, palmulae, sunt cibus optimus. Palmula est tam suavis, ut pro

saccaro sit. Ibi homines puteos quaerunt vel ipsi construunt. In puteis admodum bona aqua invenitur, quae etiam frugibus est idonea.

In harena desertorum invenimus reliquias populorum, qui non iam in orbe terrarum inveniuntur. Etiam castra, quae olim erant militibus usui, ibi restant.

In castris insunt super terram muri, qui ad architecturam nostrae aetatis valde se applicant.

In tectis luteis sunt tegulae lûteae, quae in sole iacent. In sabulo sunt tectorum et villarum monumenta, quae oculos spectatoris movent.

In desertis facile procella ingentes moles harenae haurit et per aëra (aërem) iactat. Sine harena olim deserta erant, in iis locis incolae nostra aetate vix inveniuntur. Re vera virides nostra aetate oases tantum sunt, aliae regiones desertorum hominibus carent.

In litteris Aegyptiorum vero etiam deos in sepulcris videmus. Litteras enim Aegyptii invênerunt.

Sine spe in desertis

Viator quidam in desertis in via collapsus iacet. Sine viribus in harena non iam procedere potest. Siti ingenti laborat, obstipantur iam fauces, dolent nares. Sine spe iam videtur, imminet mors.

Fata morgana in promptu est: in aëre phantasma urbis amoenae videtur. Exclamat ille: “Ecc’ illam video!” Surgit viribus ultimis nisus. Serpit per harenam, tandem in colle consistit, nihil iam providet. Subito humi vestigium hominis videt. Magno cum gaudio pergit, vultum ad terram figit. In prima parte sulci, in quem corpus trahit, ecce vestigium umoris apparet. Manu terram umidam eruit, exstillat aqua.

Mox in lacuna vir aquam frigidam invenit, bibit manu, sitim explet.

Septimum decimum

In mari est fluctus, qui naves domum fert.

Mare nostrum est etiam in annalibus Livii amoenum.

Maris *pisces* etiam pisces marini nominantur.

In piscibus maris imprimis balaena est nota, cum omnibus aliis piscibus sit maior.

Maximus piscis nostra aetate non iam balaena, sed pristis putatur. Homines necat morsu mortifero.

In maribus aliis etiam pisces ignoti nant.

Edi possunt etiam solea, haringus, anguilla, salmo. Maxime delicatus est haringus septemtrionum incolis.

In libris antiquis etiam homines inveniuntur, qui a delphinis servantur. Ferre potest delphinus hominem, cum in mari eum portat.

Mare nostrum appellant Romani, quod alii mare medium dicunt. Mare meridianum in India non est iucundum, quia pristis ibi hominibus imminet. Pristis corpore immani, dentibus horridis necat escam marinam, homini est odio.

In *aquaeductibus* sunt multa claustra, ex quibus aqua derivatur. Aquam in domos dirigimus, dispertimus in vias, fontes, hortos. Aquaeductuum curam, quam Frontinus demonstrat in libro suo “de aquaeductu urbis Romae”, semper architectus habet. Scribit ille: “Tot aquarum tam multis necessariis molibus pyramidas videlicet otiosas comparare potes aut cetera inertia sed fama celebrata opera Graecorum.”

In *fossa* inest aqua, sed non satis, quod ignis restingui non potest. Aqua ergo non sufficit. In latrina aqua restat. Aliquid aquae derivatur, manet periculum, quod homines in excrementis sudant. Exstinguitur ergo ignis. Aqua remanet in fossa. Quid, si aquam in latrinam dirigimus? In molestiis sumus, quia totum caenum in latrina non manet, sed in fossam fertur. Qui sic?

Quoniam nemo in latrina erat, dum matellae sunt pro hamis.

In *latrinis* urbis Romae alius propter alium sedit. Si quis fenum in cloacam infert, pro reo est tribunali. Tribunal, in quo iudices iudicant, suum locum habet in re publica.

In *re publica* sunt multi cives, qui nondum res amplas possident. Si quis sine labore pecuniam sibi acquirit, in summa rerum abundantia est. Sin in inopia, pecunia plane indiget.

In *schola* Latina multi discipuli, multae discipulae linguam Latinam discunt. Dum magister verba explicat, puer audax puellae crines trahit. Dum puella rem cognoscit, virgo alia puerum calamo pungit, ille furiosus trahere desinit, puella pergit pungere, sed atramentum adhibet. Ecce magister rem notat: “Quis in classe mea atramentum ibi illinere potest, dum ego dicto?” Puella erubescit, puer atramentum abstergit manica. “Quis in classe manus non lavat?” interrogat magister. “Ego nolo lavare”, inquit alius puer, “sed cur rogas? Dicere verum semper est stultitiae.” Sed magister nihil commotus respondet: “In schola mea nihil sit sine fraude, dum ego adsum. Sed si fraus in contrarium vertitur, auctori nocet. Si enim vis morbo corripri, noli manus lavare. Sin morbus displicet, et saponem et mantele sume, i ad labellum, lava manus.”

In culina

In culina sunt hodie holera in olla. Si tempus est prandii, omnes esuriunt. Prandium hora matutina (undecima hora nostri temporis) editur. Si quis holera vult, imprimis brassica, asparagus, porrum, cucurbita et carota placent cocta. Condiuntur vero petroselino, allio, fungis, liquamine. Cruda holera sunt valde salutaria: lactuca, apium, caulis, cucumeres. Miscentur sale, aceto, oleo. Cepâ vel allio condiuntur. Antiquis Romanis multae carnes erant notae: mentionem habeo suillae, bovinæ, gallinæ carnis.

Duodevicesimum

Vos hortor, amici. Sed in calamitate quid hortari possum, si ipsi vos non vultis precari deos, intra vos ipsos quoque precari, si omnia falsa arbitramini, quae divi volunt facere.

In calamitate insumus, quod vitam hic praestamus, in egestate degimus, nihil nobis di pollicentur nisi vanam spem immortalitatis, si quando morimur. Ita deos Spartacus gladiator, dux tumultus servilis, quem ipse “bellum servile” retur (esse), amicos commilitonesque suos hortatur.

Di optimi, tuque, Iuppiter supremus (supreme), nos adiuva! Ita Romani deos precantur, si in calamitate sunt. Iuppiter optime maxime, adiuva, et tu, Iuno regina, praesta fidem! Ita viri supremum deum, feminae optimam deam precantur.

In calamitate servatio

In Sicilia aliquando rex quidam in oppido Syracusis in castra ingreditur. In castris est fuga, cum repente hostis appropinquat. Rex dubitat. In dubio enim est, quis sit victor. In manu est vetus liber. Libri volumen evolvit, intuetur litteras. In parte antiqua incipit legere. Nihil invenit, quod sibi sit prodigium. Subito mentio fit aquilae, quae in aëre videri potest. Omnes mirantur, rex vultum ad caelum dirigit, miratur quoque: Aquilam vultur sequitur, vultur vero immani est magnitudine.

Vatem et auspicem advocat rex. Admittitur primus auspex.

“Valde miror, rex, quod vatem voles adhibere. In dubio erit res, nam et aves et auspices semper satis veri praedicunt. Quid ergo opus est vate, qui nihil novi aggredi potest? Ex re est adhibere aves.”

“Hoc mihi sufficit”, respondet rex. Adit vatem, vates fatur: “In vulture inest gratia deorum, in ave, cui nomen aquila, semper divina gratia incedit cum sapientia. Vates ergo nihil dicere

potest, aves iam dicunt.”

Rex ergo gaudet, imprimis ob eventum prosperum, quia uterque sibi proximus videtur esse. Et vates et augur dicunt idem, dicunt verum, si rex vult. Qua de causa?

Primus auspex vult aves intueri. Vates vero nihil contemplatur aves, sed res interpretatur.

Rex tertius credit nulli, sed incertus pugnat. Quid fit?

Castra ab hoste oppugnantur, cadit auspex, vates vitâ superat. Rex ad caelum spectat, fatur sic: “Fateor, si vultures verum dicunt, auspex nunc vates est optimus. Ille enim ad inferos iit, nos in vita remanemus. In vita vero quis finem scit, nisi vates? Ergo fatum in avibus cernere possumus, si recte diiudicamus. Sin aliter, nihi opus est auspicio.” Vatem in locum auspicii ergo restituit.

Vates in auspicio, quod primum habet, nihil fatur. Aves tantum admiratur. Rex tandem furiosus: “Quid, vates, nihil fateris, quid nihil faris, quid nihil mentiris, nam omnia credo, quae dicis.”

Auspex novus iterum ad caelum spectat, tum: “Rex, in calamitate omnia vera fateor esse, quae praedico. In nulla vero re, cum nihil opus est vaticinatione, taceo, dum aliquid me vis. Sine vi ergo nihil dico, restat unum: In duplici fortuna, cum res nutant, clamo, in fortuna iniqua, si quid mali postulas, reclamatur fortuna, et in fortuna infelici, si restat aliquid fortunae, loquor.” Rex attonitus: “Quid, nihil intellego. Visne, ut aves iterum sint loquaces?”

“Nolo. Ex re est summum imperium non semper secundum aves, sed potius secundum voluntatem deorum accomodare et regere.”

Rex: “Quis” inquit “vero et scit et dicit deorum voluntatem?” Vates frontem contrahit: “Nisi tu ipse scis, rex, quis alius scit?”

Undevicesimum

Rex in regia

Rex quidam in regia sua habitat. In aliis terris nihil pulchri, nihil amoeni, nihil lepidi invenitur, cogitat rex. Regina vero infelix in subsellio sedet. Quid, si interrogamus, quis sit rex, quis regina? Rex est dominus, qui nihil ad populum vel ad alios homines spectat. Regina est plebs. Cur? “Quia ita est”, dicit rex. “Quia nihil commoveor rebus externis”, respondere vult regina, sed non interrogatur. Nos hac aetate rem patriarchatum nominamus. In re publica dominus est, qui potestatem habet. In re publica libera nullus solus potestatis est particeps. In re publica, in qua rex dominatur, unus potestatem tenet, qui a deis est consecratus. In re publica, in qua dominus est tyrannus, iniquitas ipsa est domina, id est in unius viri persona inest libido omnes suo arbitrio gubernandi. In re publica, in qua multi potestatis sunt participes, spes est, neminem falsi arbitrii esse. Liberum arbitrium vero quis potest diiudicare? In re publica, in qua pauci sunt potestatis participes, optimi quique rem tenent. In re publica, in qua populus dominatur, rex a populo eligitur. Sin vero rex nullus est, populus triumphat verbo, dominus quidam ex populo creatus rem publicam gubernat.

Duo in rate

In fluvio rapido duo viri ratem ducunt. In summa rate onus quoddam portatur. Viri se remigio sustentant, remis nituntur. Sine vi brachiorum nihil contra fluctum proficiscuntur. Onus ratis se paulum inclinatur, viri iam timent. “Deos veremur”, inquit alter, “sed aquam timemus. Quid, si aqua ratem corrumpit?”

Alter: “In gurgite, in vertice, in imo fluvio est periculum. In summo caelo est spes.”

Tres viri sunt in ripa, alius alium hortatur: “Quid ibi? Cum

vertice illi viri luctantur. Noli intueri rete, piscatores enim multo valentiores sunt quam remiges. Illos adiuvarere debemus.”

In aqua tandem res apparet mira: Duo viri se iam fatigati perditos esse arbitrantur. In aquam ingrediuntur tres piscatores, auxilium pollicentur. Nemo vero duorum remigum ictum remi retardat, immo remis vultu severo uterque utitur. “At vos”, unus de piscatoribus clamat, “vis vestra non sufficit, rem perditis.”

“Age”, viri in rate reclamant, “vires nostrae satis sunt. Nos enim in amicitia cum vobis vivere volumus, si auxilium ipsi postulatis.”

Piscatores intellegunt se praedones haberi. Quid faciunt? Piscari nolunt, servare rete in fluvio positum debent.

“Curre”, alter piscator vociferatur, “rete in via ratis manet. Sed pisces nobis in fugam dabunt.”

Latrones sunt ergo duo remiges ipsi. Inviti enim rete corumpunt, pisces evadere possunt.

Ratio solvitur

In taberna sedet hospes. Ille virginem, filiam vix adultam cauponis, amat, sed non audet in matrimonium postulare. Ergo rationem init, quae sibi falsa videtur, sed a vate quodam laudatur.

“Visne”, inquit hospes, “virginem viro diviti in matrimonio collocare?” Respondet ille: “Nolo, viri nobiles sunt nobis invidiosi, quia rationem solvere saepe nolunt.”

“Ego”, inquit hospes, “pauper sum. Visne homini pauperi filiam collocare?” “Nolo”, inquit caupo, “homo pauper non vult eam.” “Qua re?” interrogat hospes. “Dicam, si ratio confecta erit, in ratione enim inest vitium.” “Qui sic?” interrogat hospes. “Immo, potius dic: ‘Qui hic?’ Nam te non vult, alius iam habet.”

Vicesimum

Faunus in prato

In prato ambulat Faunus. Tristis, capite demisso, terram intuetur. Triste caput ad caelum vergit. Terram infimam contempletur, verba haec loquitur:

“O me miserum, vertex in aqua me perdit.”

Diu contempletur flores, qui in prato crescunt. Tandem vox ex alto auditur: “Faune, silvam pete. In silva tibi respondetur.”

Re affirmat, spe maestus Faunus viam in silvam aggreditur. Ibi aves cantant, canunt nymphae.

In luco, qui in media silva patet, alas et vestimenta nympha-
rum speculatur, tum verba fatur, quae sequuntur:

“Nymphae, vos estis semen naturae. Adiuvate, solus sum. Do
satis cibi, datis mihi satis luctus. In silva quaero, silvam per-
scutor. Adeste, este propitiae.”

Nympha veste alba, armillis aureis, coma flava ornata appro-
pinquat, Faunum alloquitur: “Virum tu vis, an feminam?” Ille
ex animo suspirans: “Feminam non quaero. Uxorem quaero.”

Admiratur Faunus nymphae formam. Complectitur, adeunt
aliae, gratulantur. Nympha Fauna nominatur, Fauno nubet.

Tres puellae in subsellio

Tres puellae in subsellio sedent. Quaerit prima ex aliis: “Quis
vestrum piper libenter edit?” Cachinnant aliae: “Quis”, inqui-
unt, “res tam horridas edere potest?” Prima respondet: “Ego. In
lecto enim aqua mihi non praebetur, cum nox appropinquat.
Ergo piper edo.”

Stupent aliae: “Quid, si piper edis, etiam aquam bibere
debes.” — “Nihil”, inquit prima. “In lecto enim meo est saccus,
in quo piper condo. In sacco vero mus habitat, qui glires non
amat. Glires vero piper non amant, sed ego possum ita tranquil-
le dormire.”

Puellae valde mirantur. Ergo petunt, ut prima puella piper

non demonstrat, sed domi relinquit.

Cur? Quoniam mures puellae timent. Sed, si puer murem captat, puellae monstrat?

“In animo habeo aliquando murem mecum ferre,” respondet prima. “Cur?” interrogant aliae. “Ut videatis me nec piper nec mures timere.”

“Sed”, inquit puellae, “piper tu non edis, quid fit pipere?” Alacris puella: “Ego”, inquit, “murem ita farcio, mus glires captat, pater murem coquit.”

Colorem mutant puellae, obstupescunt, rident tandem: “Si nos irrides, mox frater te mulcare potest.”

“Ah”, inquit prima, “vobis est frater? Quidni? Estne magnus natu?”

“Ita est”, aiunt aliae, “satis magnus, ut te contemnat.” In litem ergo res labitur. Subito frater duarum puellarum appropinquat. “Re vera”, inquit, “vos vagitis, ut dormire post prandium nemo possit. Quidnam est rei?”

“Altera puella, cui nomen est ‘Mercuria’, nos irridet. Magnum murem sub lecto habere atque alere vult pipere, sed non credimus isti.”

Erubescit adolescens, facie puellae capitur, quae ei vultus blandos offert. Erubescunt sorores, stupet ob puellae formam ille.

“Incredibiliter”, respondet una de puellis aliis, “ista mentitur. Murem non potest habere, nam glires mus non devorare potest.”

“Est istud verum”, respondet prima. “Mus meus multo maior est aliis muribus. Rattus est.”

Adolescens erubescens iterum puellam intuetur, tum interrogat: “Visne mihi monstrare murem? In hora pater aderit, nunc ego vaco.”

Erubescit puella prima, adnuit, surgit, linguam duabus exserit, “Valete!” dicit, manu adolescentis capta abit.

Vicesimum primum

In villa

In villa multae feminae in cubiculo dormiunt.

Quid, si eas interrogamus, quid nocte in somno videant? In somno enim omnes aliquid somniant.

Nocte prima, vir ad lectum it. Illa erubescens: “Aufer te istinc.”

Nocte secunda, vir alius lecto eiusdem feminae appropinquat. Quid dicit illa? “In animo habeo mox somnum interrompere. Ergo aufer gradum, in lecto insum, non in caupona. Vir in somnio est nihil.”

Nocte tertia, vir idem ad eandem feminam aggreditur. Illa: “Visne, ut in lecto horrore moriar? Velut ex somno expergiscar, si me tangis?” Respondit ille: “Phantasma sum, sed si vis, me aliquando in vita invenire poteris.”

Cur vero alias feminas interrogare non possumus? Haec est res vetus: Alia alii feminae somnium narrat, aufugiunt reliquae, quod femina, in cuius somno vir apparere solet, rem non verbo, sed re demonstrat: Virum enim vivum in familia habet, qui semper nocte in fenestras inspicit.

Res vero quid docet? Vir se ad feminam accomodat, sed non in somno. In vita femina se ad virum accomodat. Invenit femina virum, invenit vir uxorem. Sed si qua femina se tegit operatorio, si virum agnoscit, in calamitate versatur.

Aliae feminae quid vero curant? Invidiae, otiosae, nihil agentes sunt.

In caupona

“Sis, da mihi vini poculum.” Hoc hospes clamat.

“Molestus ne sis, tibi vinum sit salutem, quod iam in te est.”

“Vir, molestus ille nihil”, inquit uxor cauponis. In viro nihil

tam nocet quam vini abstinentia, si uxor se abstinet blanditiis.”

“Euge”, clamat deversor, “ego acclamo: domino et dominae feliciter!”

“Sit vita vestra”, hospes pergit, “longa, felix, iucunda!”
 “Vestra vita? Ego, si vis, uxorem vita superare possum, si Deus volet. Sin aliter ...”

Madidus iam potus hospes est. “Euge”, ructat, “tum eam ducere volo ...” Tacet vir, alapa dolet.

Re et verbo

In fluvio lato pisces magni nant. Quis eos capere potest?

Duo piscatores contendunt, uter plures pisces capiat.

“Tu, vir optime, mihi rete scindas, si infelix sis.” “Sed, vir nequam, si me fraudes, pisces auferam.”

Litigant, rixantur tandem manu, pugno, verbum obliviscuntur.

Subito uxor unius appropinquat. “Heus”, clamat, “vos, si me amatis, desinite, si verbo vero contendere vultis, adiuvare possum.”

Lanio

In taberna lanio stat. In vultu sunt lacrimae: “Vir miser sum, me miserum! Verbum mihi deest, lacrimae adsunt.”

Ancilla quaedam, quae obsonari debet, lanionem intrans salutatur: “Salve, lanio. Quid lacrimae?”

“Cultro”, inquit, “me secui. Alter pes dolet, quod securis mihi in pedem cecidit, caput rumpitur dolore, quod somnio malo noctu dieque vexor.”

“Quid ais”, inquit ancilla, “nihil intellego. Qui potes die somnio vexari?”

“Ego quidem dico, sed visne tacere? In lecto mane iaceo, vesperi vix surgo. Nocte ergo soleo somniare. Sed nunc, postquam erus vita decessit, hic ante mensam sto, lanio, nihil possum. Somnio tantum.”

Vicesimum secundum

In horto

In horto aliquando erro mâla collegit. In saccum novum inseruit, vestem suam obsoletam in manu tenuit, pectore nudo sudans arborem quassavit.

In domo vero aliquis notavit virum peregrinum.

“Heus, tu“, vox clamavit, “quid tibi est negotii in horto?”

Horruit vir, clamavit: “Vir in horto sum, qui mâla quaerit.”

“Abi istinc“, vox perrexit, “si vitam amas.”

“Maneo” inquit erro, “nam mâla amo.”

Sub aqua

Margaritas sub aqua duo urinatores quaerunt.

Alter, cui nomen Afer, quod natione est ex Africa, se in aquam immergit. Alter, qui urinari non tam bene potest, ex navicula sodalem intuetur.

Subito in aqua pristis appropinquat.

“Cave pristim“, adiutor exclamat. Sed sub aqua Afer eum audire non potest. Caput ergo in aquam inserit, gargarizat, sed amicus eum non animadvertit.

“Quid faciam?” ille cogitat, sed non in promptu est consilium.

“Mihi margaritae carae, sed amicus multo carior.”

Infundit ergo nonnullas margaritas, quae in navicula iacent, in aquam. Afer eas praeterlabentes animadvertit, caput vertit, pristim videt appropinquantem.

Quam celerrime potest in altum nat, aequor nanciscitur. In naviculam sodalis eum trahit, pristis ore hiante spumam verberat, nihil efficit.

“Cur margaritas in aquam iecisti?” interrogat Afer spiritum ducens. “Quia nihil aliud in navicula fuit.”

“Tibi gratias ago, amice“, Afer inquit, “sed in navicula merces unius diei inerat.”

“Non ignoro”, amicus ait, “sed nunc merces laboris inest totius.”

Pugna

Aliquando Romani sine exercitu tremebant.

Rex enim Ancus Marcius, Romanorum rex quartus, bello cum Latinis contendebat.

In Latinos Ancus exercitum duxit, Romam sine armata iuventute reliquit.

In pugna maxima omnium, quae fuit apud Tibur, Romani ingenti cum fortitudine pro patria pugnaverunt. Pugna vero triplici phalange gerebatur.

Primi milites manum conserere debuerunt, secundi vel pila miserunt vel ad hostes accurrerunt, tertii adiuverunt.

Scutis latis Romani se texerunt, hostium pila arcuerunt. Tandem, postquam multi in pugna utrorumque ceciderunt, Romani Latinos fugaverunt, complura eorum oppida deleverunt, quorum cives Ancus Romam traduxit.

Bellum indicitur

Romani veteres hostibus ita bellum indixerunt:

Legatum ad fines populi, cui bellum indicere voluerunt, miserunt.

Ubi ad fines venit, capite velato: “Audi, Iuppiter”, inquit, “audite, fines populi X.” (et populum nominat). “Ego sum publicus nuntius populi Romani, verbisque meis fides sit.”

Deinde peragit postulata. Tremunt hostes, si quid mali commiserunt. Sin agrum Romanum violaverunt, res repetebantur.

Si non deduntur res, quas poscit, hastam in fines hostium emittit bellumque ita indicit. Legatus, qui ea de re mittitur, fetialis appellatur.

Ritus vero, secundum quem bellum indicitur, ius fetiale dicitur.

Vicesimum tertium

Sedes in silva

In silva opifex quidam restim ad arborem alligavit.

Reste opifex arborem in obliquum trahere in animo habuit, sed vires non sufficiebant.

Pergebat trahere, decidit. “Nihil in arbore perficio, sed securis iam obtusa est. Qua re eam acuam.”

Postquam acuit asciam opifex, arborem magis quam debuit obruncavit. Decidit arbor, restem desecuit ille.

“Nunc mihi hic in silva truncus restat sedes, si aliquid quietis capiam.”

In vinea

Agricola in vinea sua vites secuit.

Vites albas forfice putavit, nigras a foliis purgavit.

Stercus novum iniecit terrae, terram etiam fôdit. Etiam parvam aream raparum stercoravit.

Saepe in vineto erat. Cum uxore ibi fossam effodiebat, cum propter imbres aqua non iam ducebatur.

Restat hieme, ut sulci recentes custodiantur.

Etiam vinea, cum ningit, observari debet, ne frigore vites corrumpantur.

Ignes enim vindemiares inflammant, ut fumo gelu oppugnent.

Ros

Hieme omnia rore teguntur. In silva, in pratis, in arvis, in campis, in hortis ros de arborum foliis stillat, in sole splendet, sub tectis scintillat.

Rore omnia complentur, omnia nivea videntur.

Frigus germinat ros. Ros in hominum cordibus vero aliquando in altum tollitur, tabescit, calor fit.

Fròns in viis iacet, fronde arbores amoena carent. In fronde, quae sub tectis conditur, erinacei per hiemem obdurant. In faeno iucundo fustes haerent, in quibus aves sedent, in rostro

semen tenent.

Homines avibus hieme escam spargunt, ne frigore intereant. Gelu enim maximum et homini et bestiis noxium.

In viis hominum vestigia rore albo apparent. Homo nullus videtur, in silva nihil auditur.

Si aves moriuntur, homo timet, ne ipse mori debeat.

Aves homini carae, si cantum magni aestimat.

Rore, flore, pudore mortui teguntur.

De caelo missio

Veteres putabant de caelo deos nuntios ad homines mittere.

Primus Mercurius eo munere functus est.

Mercurius deorum nuntius hanc ob rem hominibus deorum voluntatem nuntiavit. Aggrediebatur homines, eos allocutus est. In vita erat etiam deus commercii et doli.

Alii etiam in Christianis deorum nuntios crediderunt. Christiani se a deo unico esse missos, vel filium eius dei a patre suo ad eos missum esse crediderunt. Nostra aetate homines in deos vel in deum credunt, si sunt religiosi. Veteres vero semper deos esse crediderunt. Alii deos homines curare, alii nihil eis homines esse curae putabant. Qui homines a dis iuvari putabant, ii in templis eis immolaverunt. Alii vel nihil eos intuebantur vel sectatores Epicuri erant. Epicurus edocuit deos quidem esse, sed nihil homines intueri.

Plato contra homines ipsos deos esse putavit, si quando corpus relictum esset.

Anima vero nostra aetate vel cum corpore mortuo interire putatur, vel veram vitam vivere.

Qui animam cum interitu corporis interire putant, eos vel (verbo antiquo) Epicureos vel (verbo moderno) materialistas nominamus. Qui vero corpus nihil ad animam adtinere, ita ut corpore mortuo anima vivat, putant, eos vel Platonicos vel esotericos nuncupamus. Iesus Christus, dei filius, a Christianis ad homines missus esse creditur, ut eorum peccata tollat. Iudaeis vero placet nec deum filium habere nec eum sacrificare.

Vicesimum quartum De situ urbis Romae

Urbs Roma inter colles, quos montes Romani nominant, sita est.

In urbe Patres et plebeii in variis tribubus habitaverunt. Erant quidem tribus urbanae quattuor, triginta fere rusticae.

Collis maximus mons Capitolinus est. Ille collis olim accuratius mons Tarpeius nominabatur. Capitolium, templum Iovis, in eo est aedificatum.

Mons Tarpeius ita dicitur, quod virgo Tarpeia olim ibi ob prodicionem est necata.

Romani urbem Romam in septem collibus exstruxerunt. In monte Quirinali primum Latini consederunt. In collibus finitimis eodem tempore Sabini sedes constituerunt.

Roma ad Tiberim fluvium est sita. Tiberis pontes praeclari sunt tres: Pons Sublicius, qui palis erat constructus, vetustissimus fuit. Alter pons Agrippae erat. Restitutus est ponte Valentiniano.

Tiberis tempore Romanorum antiquorum navigiis aptus erat.

Praeclara templa, aedificia splendida, fora lata in orbe terrarum sine exemplo erant.

In rerum natura semper taedet, si praeterita cum hodiernis comparamus, cum hodierna nullam habent comparisonem cum deletis monumentis. Ea monumenta non solum splendore, sed etiam divitiis aedificia nostrae aetatis longe superaverunt. Non solum tecta inaurata, sed etiam templorum portae aëneae, marmoreae statuae columnaeque non iam restant, sed ob pretium ingens difficile restitui possunt.

Tabulae vero pictae, in quibus tabulae et documenta veterum inveniebantur, funditus deletae sunt. Quis eas restaurare poterit?

Caelum vero est in urbe Roma serenum iucundumque.

De situ urbis Athenarum

Athenae urbs clarissima Graeciae sunt.

In arce templa praeclara et pulcherrima erant. Arci est nomen acropolis.

In acropoli etiam templum Minervae est. Minervam Graeci Athenam nominant, templum eius Parthenôn. In Parthenone simulacrum deae Virginis aeternae, Athenae, collocatum erat. Persae et arcem et templa deleverunt, Pericles Atheniensis reconstruit.

Simulacrum Minervae etiam Romae in templo Iovis erat. Etiam vocem de caelo, quae Minervam se esse dixit, audiverunt Athenienses? Vix credibile, sed Romanis non ignotum erat olim et deos et deas voces ad terram misisse. Praeclara vox Iunonis, quae Romanos ex arce monebat. Saepius audiebatur, saepius Romanos ad fortitudinem instigavit. In bello vero Athenienses numquam voces tales audiverunt, sed semper deos oraculo interrogaverunt.

Athenae in terra Attica sitae sunt, in praeclara regione Graeciae. Athenis via ad Thebas fert, urbem regis Oedipodis. Vicina non est, sed in die eques viam conficit.

Per Corinthum, urbem magnam in medio Isthmo sitam, via ab Athenis in Spartam est. Isthmus vero fretum in mari Aegaeo est.

Vox de caelo

Olim clades maxima Romanis impendebat. Paene urbs Roma ab hostibus capta est, cum subito vox audita est a luco Vestae, qui a Palatii radice in novam viam devexus est: “Muros, portas!”

Scilicet, “muros portasque reficite, Romani”, ut alii memorant auctores. Romani vero rem praetermiserunt, maximam calamitatem acceperunt, in qua arx sola servata, urbs deleta est.

Clade acceptâ, fanum Romani consecraverunt expiaveruntque rem neglectam arâ Aio Loquenti sanctâ.

Vicesimum quintum Res publica Romana

Res publica Romana ab initio crevit, impediabatur ab hostibus, incultis barbaris, in doctrina et cogitatione immensa, finibus maxima terrarum.

Rem publicam Romanam initio reges habuerunt, inprimis Etrusci, qui etiam Romulum Remumque, urbis conditores, tuebantur.

Rex primus Romulus fuit. Ille et docilitate et vi corporis animique omnes alios superavit. Functus est ille munere regali optimis auspiciis, optima fortuna.

Romani semper per iustitiam, non per violentiam imperium auxerunt. Iniiit rex consilium, in quo omnes et peregrinos et ipsius cives populum existimavit, si et deos suos et leges observabant. Sin aliter, bello eos domuit.

Res publica Romana reges fugit, postquam iniquitate usi sunt. Regibus pulsus, etiam nobilitas in terram exteram fugit. Consules pro rege sibi populus creavit, quorum primus Iunius Brutus est.

Ille, sorore regis postremi Tarquinii Suberbi natus, stultitiam finxit, unde Brutus dictus est.

In tenebris aliquando lux, in luce nonnumquam umbra. Hanc ob causam ii viri, qui rem Romanam duxerunt, semper in calamitatem inciderunt, re publicâ labente.

Extremos casus etiam Cicero, consul omnium clarissimus, tulit, cum ab Antonio, inimico suo, interfectus sit. Etiam si res puplica summâ gratiâ alicuius ducis memor erat, nonnullii calamitate privata doluerunt.

Ab initio Romulus rex rem publicam auxit. In animo habuit et Sabinos et alias gentes propinquas iungere, id quod vario eventu studuit. Victi sunt Romani, sed numquam devicti. Semper resistebant, pugnaverunt Romani, ex peregrinis affines facti sunt.

Cloelia virgo

Porsenna, rex Etruscorum, Romam obsidebat. Regem ex gente Tusca in regnum restituere voluit.

Romani bello laborantes obsides ad regem miserunt, in his virgines puerosque nobiles.

Virgo quaedam, nomine Cloelia, fortissima omnium erat. Consilium cepit, quo esset facultas obsides in urbem reducendi.

Nocte custodes decepit. In castris Etruscorum multi vigiles omnes portas, exitus totos custodiverunt. Cloelia viam ad locum, ubi castra oculis perlustrare potuit, duxit. Ibi custodem, quem noverat, vidit se intuentem. Ille spe aliqua eam allocutus est: “Quo is, virgo? In obsidibus tibi nulla pulchrior.” Illa hostem admirata: “Cur”, inquit, “me hostem laudas?” Ille vul-tum non ferens: “Egredi”, inquit, “ex castris nihil tibi licet. Sed Romanas laudavisse nobis et laudare numquam nocuit.” Illa risit, radicem collis intuita, ubi Tiberis praeterfluxit, et: “Nunc fortasse?” respondit.

Ille, verbo commotus, oculos humi flexit, tandem gradu celeri ad proximum vigilem tetendit. ‘Ille sibi carpat molles somnos’, cogitavit, ‘ego mihi florem carpo, ut ei donem.’

Nihil vero vigil regressus est. Immo in tenebris non iam apparebat. Fortis puella saltu maximo arboris ramum ingentem cepit, sudans delapsa post vallum in terram quam celerrime potuit ad ripam cucurrit. Nemo vero eam vidit. Ibi forte equus, qui ob virginem appropinquantem anxius tremebat, erat in prato ad flumen. Virgo cito ad equum accurrit, tranquillum reddidit voce dulci: “tace, st”.

Modo in dorso equi, modo in aqua erant. Tiberim traiecit, Romam ad moenium custodes equitavit, nihil vero laudata. Rex Porsenna enim, ubi audivit Cloeliam fugisse, statim eam reposit. Romani pignus pacis ex foedere restituerunt. Tum Porsenna virginis virtutem maximam admiratus allocutus est his verbis:

Vicesimum sextum

Cloelia virgo II

“Si rex essem Latinus, verba intellegeres facilius. Re vera rex Tuscus, genere Tusco ortus, sum. Vestri reges, quid si in animum reduceremus, quid iam facerent boni animis vestris? Etiam Etrusci, eodem fere nobili genere nati, sunt. Cur me vituperas, Cloelia, castris egressa? Vitam tibi donare in animo habui, nunc etiam liberos aliquot Romanos donare cupio.”

Cloelia, anxia non iam, erubescens: “Vir”, inquit, “immo rex, non solum iustus, sed etiam prae omnibus nobilis es. Nihil castra tua formido, formidavi virorum illecebras, quae in castris sunt. In animo habui animum salubrem viris Tuscis permittere, vultum castum, non impudicum.”

Ille: “Ex re ergo est te ex castris emittere, ne viris nostris iam sis molesta,” respondit. Ingens risus secutus, et: “Viris tuis”, inquit virgo, “non molesta, sed barbara visa sum. In animo habuerunt me Tuscam linguam docere. Me invita, nam Latine placet loqui nobis.” Ad virginis verba omnes plausuerunt, qui circumstiterunt Romani, commoti virginis fortitudine.

Ut ergo virgines puerosque Cloelia elegit, quorum aetatem iniuriae obnoxiam sciebat, rex permisit eos castris educere. “Ne iniuriam feratis, abite, Romanos salutate. Nos sine vi hinc non abscedere possumus, sed in futurum omnes Tusci vos amarent, si omnes puellae tam fortes essent quam Cloelia.”

Romam ergo iuventutem Romanam Cloelia duxit. Ibi advenientes omnes salutaverunt, laudantes et fortunam et fortitudinem virginis unius. Novam quoque in femina virtutem novo genere honoris, statuâ equestri, donaverunt. Statua aënea in summa Via Sacra fuit posita, virgo insidens equo ibi omnibus fuit admirationi.

Qui vero fortunam nimis laudat, in errore versatur. In rebus adversis vero fortuna fortem adiuvat.

De Romanorum victu

Romani veteres cottidie aliquid boni edebant, quod etiam nobis placeret. Sed multi cibi nostra aetate displicent. Velut puls ex farre vel ex faba facta.

Sed sunt etiam cibi, qui nobis lauti videntur, proprie vero non iam noti sunt. Sed multa, quae et veteres Romani et incolae imperii Romani edebant, nostra aetate etiam nunc in cauponis praebentur. Hispani coquunt patinas, quae sine vi non sunt, imprimis si et pulte carent et sale non indigent. In patinis, quae nunc in cauponis offeruntur, omnia inveniuntur, quae etiam veteres magni fecerunt.

Pisces, velut muraenas, soleas, alia ex mari velut locustas, sepias, ostreas praebuerunt optimi quique coqui convivis. Holera velut cucumeres, cucurbitas, asparagos, raphanum in obsonio habuerunt. In carnibus imprimis haedos, capreas, sues, vitulos, carnem ferinamque diligebant.

Fungos varios, imprimis boletum tuberaque consumpserunt.

Pro pane pauperes pulte utebantur, panis vero primum in divitum domibus, postea in pistrinis a pistoribus coquebatur. In fornacibus panem recentem pistores faciebant crustâ delicatâ, variis generibus. Panis triticeus valde diligebatur, sed farreus panis in culinis pauperum erat frequentior. Placentam veteres ex farina cum ovis, lacte melleque fecerunt, non numquam etiam caseum admiscentes.

In condimentis imprimis salem, piper, allium, cepam et parvas herbas culinarias, quas helvellas nominamus, adhibuerunt.

Ova et cruda et elixa et assa condimentis, id est garo pipereque, condiebant. Garum vero ius ex piscibus, sale et vino fuit.

Laser vero, sucus odore suavi plantae, cui nomen laserpicium, nostra aetate in oblivionem cecidit, Romani vero lasere condimento quotidiano utebantur.

Vicesimum septimum

De septem Suebis

Septem Suebi aliquando in silvam abierunt; valde mira fabulane? Non mirum, quia septem semper in silva sedere debent, si suem inveniunt. Mirius? Neque mirum, nam sus, qui in silva aper nominatur, eos statim prostravit.

Primus Suebus: “Ego”, inquit, “omnium fortissimus sum, quam ob rem duces me eligite.”

Secundus: “Me duces eligite”, inquit, “cum omnes alios Suebos timiditate vincam.”

Tertius: “Quid”, inquit, “tu fortis non es, vincere fortem cogitas? Nihil, immo me adspice! Ego omnium Sueborum sum celerrimus, quoniam in certamine citissime velocissimeque curro.”

Quartus: “Me infelicem”, ille rem bene expressit enim, quia semper prae timore loqui non audebat, “videte. Ego omnium enim lentissimus, si certemus, quis sit celerior. Sed felix, si quis cadit, sum, nam statim eum aufero loco, cum iam in loco illo constitui, ubi ille cecidit. Vates enim sum.”

Quintus: “Me ergo”, clamavit, “duces eligite, cum omnium sum non solum timidissimus, sed etiam infelicissimus, quia nemo me in certamine umquam vicit. Numquam enim prorsus particeps certaminis prae timore fui.”

Sextus: “Equidem”, inquit, “dux esse nolo, cum appropinquante apro decidam. Fortis quoque sum, sed sue interfecto.”

Septimus: “Tu quidem”, inquit, ‘macte virtute esto, cum nescias, quid differat inter aprum suemque. Ego quidem scio, quam ob rem mihi debetur primus locus.”

“Sed”, inquit primus Suebus, “cum nunc facultas iterum detur mihi, ut vos alloquar — diu enim tacui ob ingentem numerum nostrum — nunc ergo, cum loquar, nihil iam venit in mentem. Ah ...”

“Tu”, inquit secundus, “fortissimus esse vis. Oblitusne es?”

“Oblitus prorsus sum”, respondit ille.

Secundus aliquid dicere in animo habuit, sed prae ignavia non potuit.

Tertius vero: “Ego nunc non curro, vires me deficiunt.” “Cur non curris, cum sis omnium celerrimus?”

Ille: “Quoniam ibi iam aprum maximum appropinquantem video. “Attat”, omnes simul clamaverunt, “vae nobis, pergrandis bestia! Maxima!”

Primus ergo: “Ego fortissimus, sed minimus sum. Me ergo extremum pilum capere oportet.” In fine ergo pili, quod secum tulerunt, constitit, pilum manu cepit.

“Ego citissimus sum, ergo ante te consistam”, tertius clamavit. In paenultimo ergo loco constitit.

Tardissimus vero in primo loco iam stetit, locum mutare veritus.

Acceleraverunt gradum ceteri, prae timore vero nihil viderunt apri.

“En aper nusquam iam apparet”, dixit aliquis ex septem. “Quaeramusne eum?”

Sed cum apri nihil iam appareret, omnes fortes progressi sunt, ut aprum invenirent.

Nemo eorum vero aprum vidit, cum inter arbores se occultaret. Primus Sueborum ergo, longo itinere confecto: “Quid”, inquit, “in media via ibi currit? Estne belua, an homo?”

Omnes contenti clamabant: “Heus tu, aper, veni!”, cum viderent hominem esse. Hominem enim non iam verebantur nostri, cum a viro forti auxilium exspectarent. Ultimo vero subito: “Siquidem latro est?” in mentem venit. Voce auditâ — secum enim non potuit cogitare ob timorem — omnes septem titubare incohaverunt, ut primus ob ingentem fortitudinem statim caderet, quod se humi esse periculosissimum latroni dixit, alii, cum gladius eis deesset, pilum omittere nollent. Pilum vero manu tenere conati subito quoque humi prostrati erant.

Vicesimum octavum

De virgine rapta

Olim Romani, qui in vicinitate uxores non invenirent, consilium astutum ceperunt. Iis enim non satis feminarum fuerunt.

In urbe, cui nomen est Cures, multi Sabini nobiles erant, qui iam familiariter Romanis utebantur. Sed satis multi etiam Curetum Romanis invidebant, quod Romulus, rex Romanus, eis praepollere et animo et militibus fortibus videbatur.

Curetes hanc ob causam non solum invidiâ, sed etiam aemulatione quadam adducti Romanos minoris aestimare studebant. (In urbe) Curibus etiam senes erant, qui dicerent et Romanos olim cum Sabinis rem publicam condidisse, et nunc affinitate quadam linguae morumque esse coniunctos. Erant etiam, qui dicerent et Romanos, qui partem Latii colerent, sibi morum diversitate displicere, et tamen eos aliis Latinis praeferre.

In urbe Roma vero tum Romulus rex regnabat. Alii tradunt regem vero illum illo tempore nondum fuisse, fratrem Remum cum eo communiter rem publicam gubernavisse. Romulus vero ob fortunam, quae ei primam partem in re publica distribuit, munere fungebatur aliquando regis. Viri ei satis multi erant, ut rem publicam tuerentur. Veritus tamen, ne immanitate morum, qui nonnullos Romanorum invaderet, ingenium pravum per regnum aliquando triumpharet, statim Cures nuntios misit, postquam rex creatus est, qui dicerent sibi et alios affines, qui extra Latium habitarent, cordi esse. Qui stulte irrisi vix ad Romulum reverti audebant, sed clade ob fortem, sed nimis irrisum regem acceptâ tamen sibi ob variam fortunam astutiam excogitaverunt.

Duces Curetum in curia modo per observatores certiores fiebant, quid Romani in domibus eorum facerent.

Curetes animo forti quoque, sed Romanos fortiores esse dicebant speculatores, cum Romae multi viri uxore carerent, Sabinos vero plus quam satis uxorum habere. Interrogati, quid hoc sibi vellet, cur enim speculatores contenderent numerum uxorum fortitudinem indicare, responderunt, viros ibi iam tam esse fortes animo, ut per vim virgines ex Sabinis rapere cogitarent. Nihil sibi reliquum esse spei, quod reliqui civitates iam foedere ex affinitate essent iunctae, Sabini vero nondum.

Magis riserunt Sabini. Sed, ut paucis rem complectar, subito risus cessit, obstupuerunt omnes Curetum senatores. “In nomine patris Iovis”, inquit senator, “mihi aliquid in mentem venit. Auscultate, quaeso.”

Tacentibus omnibus “Aliquid ridiculi”, inquit, “heri audivisse credidi. Patrem enim audivi in horto vatem interrogare, quid ex filia foret (futurum esset). In filia enim spem ponimus” voce ad miserabilem sonum inflexâ perrexit, “cum filio caream.”

Respondet modo vates: “Filia Romani uxor erit”, dum audax puer clamat: “Abiit filia, iam Romanum tenet”. Horrui, non videbamus, quid faceret puella. Vix adulta est, scitote, ...”

Titus Tadius, Sabinorum rex, forte aderat, “silentium”, clamavit. “Quid ille senex sibi vult, qui vix puellam suam in curia invenire posset, nisi voce iam esset acutâ nobis perbene nota?” Senex, qui vidit regem frontem contrahere, respondit: “Vir optime, rex, ego filiam nusquam invenio.”

Rex vultu distorto iterum silentium imperavit, tum: “In animo habui de rebus severis ... Sed quia puellam novi, aliquid praesagit mihi mali. Ex re est, quod vis, dicere, sed non mihi. Dic, quid velis Romanis, qui profecti heri sunt. In omnium ore erant filiae senis verba: “Odi istos Romanos, si quando quem videam, ...” En videtis, verba non placent regi, nec curiae. Immo per iniuriam Romanos viros illusit, quamvis ioco, nunc nuntii Romani eam illudunt, sed extra iocum.”

Vicesimum nonum Collatini severi

Lectione praeterita de curia Curensi aliquid audivimus, nunc in re ipsa aliquid novi restat, quam ob rem virginem ipsam audire necesse est.

In urbe alia Sabinorum non procul a Roma sita, cui nomen Collatia, interdum vigiles agmen Romanum appropinquans animadverterunt. In agmine etiam virginem observaverunt, quae sine dubio Sabina erat natione. In veste eius enim more Sabinarum limbus erat (colore) rufo intextus. Iam procul ergo videri potuit agmen, speculatores vero in via nulli erant. Immo viri, qui hordeum in horrea condebant, in itinere agmen conspicati rem novam Collatiam nuntiaverunt. Collatiae vero fames rerum novarum semper maior quam Romae, quia ibidem minus hominum erant.

In messe laborantes agricolae agmen salutabant, virginem quandam inter nobiliores duxerunt.

Virgo interim sine vinculis equitabat, cum se fato non tristi, sed incredibiliter fortunato donatam esse confideret.

“Viri”, inquit, “in spe eram me verbo procaci aliquando a vobis captam (esse) visum iri. Id est ...”. Riserunt omnes. Perrexit Sabina: “Spes me non fefellit. In animo habui me sine dubio hic in urbem Collatiam insinuare, ut quam primum Romam pergerem.” Virorum nobilissimus, cui nomen Caesius, id enim ob oculorum colorem, respondit, paulum equo suo retardato:

“In animo habui nobis fraudem nihil excogitare, sed vos Sabini in animo fraudem sine dubio habetis.” Ridentibus iterum omnibus: “Vae victis”, inquit ille, “vos enim nondum tam bene in acie consistitis quam nostri milites, sed ignominiam in amicis non ferimus.” Suspiravit puella, et: “Ego illum numquam

laesi, immo ab inconstantia animi corruptus ipsius videtur. Non enim in rem est talem adamavisse, sed multo magis ex re patrem adire. Meus pater tam stolidus est, ut ne verbum quidem rei intellegeret, nisi pater iuvenis rem plane enarraret.”

“Patrem”, Caesius inquit, “ergo vituperas. Visne iuvenis patrem adire an domi apud novercam manere?”

“Patrem statim adire non liceat, sed videmus ibi ...” Manu agricolas monstravit, qui viam intercludere viderent.

“Ille grex sibi vindemiam vel messem sine nobis iucundam excogitare debet, si vitam amat. In via ... Romam sumus; viâ cedite, viri, sin ioca (iocos) amatis!” — “Quid, ‘sin ioca amatis’? Amamus enim,” respondit vetulus agricola.

“Narrare soleo viâ patefactâ”, inquit Caesius. “In urbe Roma sunt etiam viae, sed multae latiores quam istae. Si scire vultis, quam latae sint? Abscedite usque ad limen fossamque illam.”

Manu viam latiore significavit. Oboediverunt agricolae, alius alium tangens bracchio secum duxit ad viae limen. “Omnes gratias agimus, sed primi estis Collatini. Nuntiate ergo virginem non per vim, sed sponte nobiscum equitare, Romanum iuvenem admiratam.

In animo habemus vos omnes Romam ad messem vocare, sed messis nondum facta est!”

In iuventute ergo agricolarum murmur ortum est, Collatiam perrexit, fama et rumores inde Romam pervenerunt. Equites vero nihil cunctati iter facere perrexerunt.

“Vindemia”, Sabina inquit, “nondum instat. Cur eos invitatis?” — “Ut in vineis nos adiuvent, sed, cur non auscultas, quid alii dicant? In te enim nulla fortitudo captâ, immo fortis fuisti Curibus solum, nobis quoque maledicebas. Nisi diceremus te sponte nobiscum ire, equites Collatini nos intercapere possent. Si ergo iterum peccaveris, te Curiates improviso videbunt. Sin tacebis, non verum putabunt. Dic ergo: Romana sum!”

Tricesimum

De ave capta

Avis ab homine capitur laqueo. In laqueo capta devolare non potest. Audaciâ adducta virum fortem fingit:

“Ego sum”, inquit, “avis vere lepida. In fallacia virum, qui me cepit, superabo. Nihil enim gaudebit diu. Non sistere poterit gradum, cum me videbit.”

Homo ergo appropinquat, avem in laqueo pendentem videt. “Vos aves stultae”, inquit, “estis. Nihil fallaciam praevidere potestis. Nos homines omnia praevidemus.”

“Avis stulta egone?” avis interrogat. “Ego multa praedicere possum, quae tu nescis. Etiam mortem tuam.”

“Mortemne?” homo interrogat. “Ego vitam tutam vivo, nihil mihi deest. Etiam vitâ fruimur, ego et uxor, sine molestiis. Mors restat mihi seni.”

“Immo”, avis dicit, “mortem statim amabis me necatâ. Tam immani voce clamabo, cum me necabis, ut nihil te a morte servet. Properabis ipse in mortem.”

“Interficio nihil, cum nihil sis. Avis tantum,” respondet iste.

“Sed cottidie mane ante fenestram villae tuae canebam, te auscultante. Me semper laudabas, uxor vero escam spargebat, dicens me esse caelestem. Super vero mensam eius frusta panis, quae mihi insuper observans me offerebat, volitabam nocte dieque. Quin etiam panem non solum, sed placentam etiam ante caveam porrigebat. Quin ...”

“Agnosco te, perii!” vir clamavit. “Nostra es, quam delicias habuimus. Oculi parum prospiciunt mei, ignosce! Paene me ipsum occidi!”

Ita se homines stulti saepe magis fraudant quam alios, quamquam inviti.

De viro capto

Vir quidam nomine Manlius in latrones incidit. In ergasterium iniectus ad palum alligatus est. Catenâ ad palum vinctus, pede ad globum ferreum affixo in scobe firma sedit.

“Quid misero mihi factum est? Qua re in hanc calamitatem irruï? Miser, ego, infelix moriar.”

Subito in ergasterio administer quidam, qui captivum custodiebat, sternutavit. “Ergo”, administer inquit, “in scobe scabies fiet, nisi nares emungo saepius. Ille vero miser, qui in cella sedet, qui potest scobem nares irritantem ferre?”

Ille vero ex cella respondit: “Fero, obduro, persto, tolero, patior, semper idem mecum loquor, ita ut nares nihil mali inspicient vobis.”

“Sed”, custos respondit, “tibi quid nares prosunt, si nobis non obsunt?” — Ille: “Me virum fortem scito, semper laborum maximorum patientem.

Nares meae vobis non obstant, quominus scabie intereatis. Ego vero gravi morbo aeger mox utique peribo, quam ob rem vos mecum ad inferos feram.

Sin morbo meo infecti pereatis, ego ipse facile perferre possum me moriturum mox esse. Tu vero, si vincula mea solveris, mox sanatus abire poteris.”

“Mene illudis, quia vix sermo meus tui similis est?” custos respondit. “Ego quidem nihil in vita peccavi gravius quam ut te custodiam. Sed, dic mihi, obsecro, ex quo videre possum pro certo te morbo inquinatum esse insanabili? Sic enim te intellexi.”

“Ex eo, quod me vides nihil sternutantem, cum ipse vehementer sternutes. Rides, nonne? Ego nihil ridere possum. Edis, itane? Ego nihil manduco. Spuis humum, ego non habeo, quo spuum.”

“Humi iam tam diu sedes, ut me misereat tui. Ne ergo sternutare quidem iam potes ob morbum aegrotationemque? Introspicere necesse est cellam.” Quo dicto cellam reserravit, aufugit Manlius: “Scobi gratias.”

Tricesimum primum

De virgine rapta III

Romae eis appropinquantibus virgo Sabina, cui nomen Tatiana, equo modo equitabat, cum equus se gradu citato ex angustiis proripuit. Prima fuit, aliis paucis gradibus subsequentibus. Caprea viam transire conata agmen attonita adspexit, virgo nihil cunctata equum incitavit. Curiosa adspicere voluit beluam, alii equos steterunt.

“In via bestia admirabilis, videte,” clamavit.

“Quid”, Caesius dixit, “me ita perterres? In equo modo indormiveram, nihil mali cogitans.”

“Ah”, illa inquit, “in via ... aufugit. Dum vos spectatis. In via vix quies est tali animali.”

“Quies? Quietem mihi turbasti. Prius iungentur capreae lupis, quam tu quietem respicis meam. Susurra, sodes. Aures meae etiam audient, nisi clamaveris.”

“In quiete tua te servabo, vir, nihil enim Romani Sabinis placent tacentes.”

“Hm”, ille inquit, “ecc’ illa ...”

Praeterequitant ad villas, fontium scatebras, vinetas.

Summum iugum collis Quirinalis procul apparet.

“Iste collis”, in aurem vult insusurrare Sabina Caesio, verbum vero secum retinet. Adequitat, murmurat: “Estne tibi auris surda, an audis? Collis ille ...”

Romanus: “Nihil” inquit, “intellego. Maiore voce ergo loquere.” — Illa: “Meusne pater, si te ... si te ... videret, vituperaret mores tuos? Virginum est ...”

Caesius: “Vituperaret”, inquit, “utrumque, me et te. Te vero nihil interrogans viro diviti nuptum daret.”

“Numquam faciet. Ille est vir nobilis, optimo genere ortus. Rogat mulierem, non vult offendere in muliere. Fata implere debet sua, ut sibi ipsi fatum sit prosperum. Numquam in fato erit spes, si me non interrogaverit.”

“In horto”, Romanus quidam, qui sub arbore, quam liberi

plurimi conscenderant, nuces colligebat, “in horto basium fige mulierculae, Caesi fortis.”

Cohorruit ille; “At” inquit, “aufugit domo nobiscum itura. Audi”, noverat enim virum, “Basse, si vis, mulierem Romanam ex illa fac. I.”

“Faciam”, inquit, “sed virum nobilem mulier nobilissima decet. Cur non ipsam duces?”

“Quia nihil attinet ad Bassum, hominem sagacem. Quidnam me facturum (esse) censes?”

Bassus, vir omnium animo paratissimus domino, non solum dicto audiens erat. “Te amo ob istuc beneficium, noli loquacitate rem perdere,” respondet Caesius. “Sed multo magis amabo, cum uxorem planxero. Maestus mandatum executus, litteras senum Cures pertuli, grates Romulus rex non aget illudentibus Curetibus.”

Bassus, vir iam provectus aetate, clamans in villam irruit, admodum delectata virgo: “Cur”, inquit, “ille vir tam laetus modo? Quis est?”

Caesius: “Libertus”, inquit, “meus. In villa me adiuvat die nocteque.” — Recurrit Bassus, manus protendens, et “Villa, familia, servi vos salutant.”

Sequuntur nonnulli, qui domi manserant. In iis ancilla, armilla ornata, detrahit, monstrat Tatianae: “Tibine placet? Est purum aurum.”

Erubescens: “Quis es?” inquit, “cur me armillâ tam amice salutas?” — “Ancilla hic vocor, scito. Uxor domini vitâ decessit ante hos tres annos. Nunc me intuere.”

Titubant ambae, vultum Bassi quaerit Tatiana, tum Caesii. “Quis”, inquit, “hic habitat? Ubi sumus?”

“Prope ad Romam”, respondetur, omnibus audientibus. “Tatiana, agnoscisne armillam? Erae fuit, defunctae.” — “Et vos estis Caesii familia? Itane?”

Audiebant, auscultabant, adnuebant, qui circumsteterunt. Respondet Caesius: “Ita.”

Tricesimum secundum

Viri in saltu

Aliquando duo equites Romani, qui per silvam equitabant, in itineris angustiis a viatoribus petiti sunt.

Eques, cui nomen Manlius, clamavit: “Cur nos aggredimini, viri? Romani sumus.” — Respondit aliquis de viatoribus: “Quia hostes estis. Nos Sabini, vos raptores agri.”

Reclamavit Manlius: “Erratis. Si Romam nuntiatum erit vos more latronum in nos provectos esse, nosque invasisse manu armata, statim bellum orietur.”

Coniciunt saxa viatores Sabini, prosternunt se humi Romani. Alter clamat: “Septem sunt, nos duo. Actum erit de nobis.” Manlius: “Sustenta, nos victores excedemus. Septem sine gladiis, nos ense armati.”

Ensis capulum capiunt, humo vultum ad hostes dirigunt. Illi haud fatigati se in Romanos inferre conati ensibus strictis terrentur. “Quia gladios stringunt, nostrum aliquis cadet”, Romani clamari audiunt.

Manlius: “Obsecro vos”, inquit, “si vitam amatis, sinite nos transire. Eadem quae vos ferimus, toleramus eandem febrim. Romani medicum exspectant.”

Viator, qui ante Manlium constitit: “Heus”, clamat, “ille medicus est is, qui Romam accitur, ut quartanam sanet. Recedite, viri, sanat nos, sanabit nostros, non sani fuimus.”

Quibus verbis dictis, cum omnes velut attoniti se invicem intuerentur, viatorum qui erat maximus natu, “Vos”, inquit, “Romani non solum, sed etiam viri estis, qui in medicina et salute omnium maxime profecti sitis. Vis morborum vobis nihil nocuit, cum in aegrotorum lectis adstantes morientibus nihil laesi incolumes in vitam remigretis.”

Manlius, postquam caput laciniâ velavit, “Dis grates ago,” inquit, “quod me servaverunt vosque. Alii enim mihi amici, si sanari volunt, inimici, si mori.”

Vir sanatus

Vir quidam, qui iam propectus aetate in lecto iacebat, morbo gravi laborabat.

Cogitabat enim: “Quis me sanare poterit? Quis erit? Cur tam crudeliter vexor miser? Misera uxor, quae me morbo laborantem lacrimis mox deflebit. Abibo ad inferos. Superi tuebuntur eam; me deserent.

Anima dolores vix perfert; perferet corpus, si medicus ulcus cultro exsecabit, hoc ille mihi asseveravit saepius. Dixerat etiam atque etiam: ‘Quin rem conamur?’

Sed, eheu, miser, qui in lecto iaceo, circumspicio, non audeo medicum vocare. Quid, si uxor pro me ad inferos abibit, me relinquet, cum vix dolerem meum perferat?

Ausim, si di duint, fortem me gerere.

Di, adiuvate, ne animo deficiam, cum nemo nunc ad sit praeter uxorem. Ah, mihi aliquid in mentem venit.

Quid, si ulcus medicus non cultro exsecabit, sed veneno corpori noxio me interficiam? In morte non iam dolebit ulcus, ut vates mihi explicuit. Sed, si fallor? Si remanebit dolor, hic necesse est remedium in cultro experiri.”

Appropinquat uxor. “Quis”, inquit, “te servare poterit? Nemo. Nemo est, quin te iam moriturum esse dicat. Aegre, quin etiam aegerrime medicum retinui, quin ulcus secaret.

Quid, si medicum hodie arcessam? Si voles, adibo ipsa eum.”

Ille, “Sodes”, inquit, “me serva, da aliquid vini. Fortasse, si madidus potus iacebo, dolores ferre potero.

Vinum merum, i, mihi affer.”

Attulit vinum, non gustavit vir. “Ego”, inquit, “dolores non iam fero. Curre, matura, festina, ne vomam. Sufficit mihi.”

Uxor paruit viro. Medicus vero: “Mox serius erit”, inquit. “Cultro rem conabor, sed eventu incerto. Ergo dis immolate, precamini, sanabitur vir.”

Tricesimum tertium

Tres mulieres ad rivum

Olim tres mulieres, florentes aetate, quae viris (maritis) suis lintea lavabant, ad ripam rivi, cui nomen Anio, sermonem hunc habuerunt:

Prima: “Meus vir, nomen non ignoratis, veste semper nivosa splendidaque utitur”, sermonem coepit.

Altera: “Si te”, inquit, “videbit, etiam crura bracchiaque alba laudabit, cum umbraticas diligat.”

Tertia: “Te illudit”, inquit, “meus me in umbra saepe videt, cum servus nobis obnoxius lintea lavit.”

Prima: “Si me in umbra umquam videbis, nisi mentiris, falleris. Numquam sine veste longissima lavi.”

“Vir”, secunda respondit, “umbram diligat, umbraticus nihilominus non est. Sed, si me intueris, ab umbra abhorreo. In sole aliquid coloris duco.”

Tertia: “Adusto colore iam es, sentimus. Te sine palla, stolâ indutam, in horto vidi, cum lacunam ibidem indicarem. Meministine?”

“Memini”, illa inquit, “odi istud, si sutura alicubi solvitur. Filum crassius adhibui, acu crassiore usa.”

Prima: “Me in sole cras videbitis” respondit, “cum lintea lauta insolabo, ut lina splendorem trahant. Linteamen enim recens facile candescit, vetus facile atrum fit.”

Subito: “Meus vir”, secunda clamat, “domum revertitur. Videtisne?”

Utraque se convertit, prima tertiaque, secunda domum propinquam petit. Illa: “Statim revertar, virum salutatura, qui munus hodie exsecutus suum redit.”

Paulo post secunda mulier revertitur ad ripam: “Eheu”, clamat, “meus vir mihi munus secum tulit, conicite, sodes, quid.” Coniciunt:

Prima: “Vas”, inquit, “aëneum vel fictile.”

Tertia: “Tunicam russeam, quia tu semper rubro colore ei

places vestita.”

Secunda: “Nihil, immo flores, fascem rosae mihi adtulit.”

Prima: “Quidni? Meus rosas non amat, mihi quidem cottidie vini lagoonam affert.”

Tertia: “De ista re valde moveor. Quid, si musica in viro meo magis placet, si mihi cantilenam novissimam secum fert? Scit enim per notas musicas cantilenas notare.”

Secunda, paulum indignata: “Quid, si meus et vinum et cantilenam mihi addiderit, cum osculum figet?”

Rident, iocantur, mira alacritate.

Subito linteum aliquod fluctu aufertur. Prima: “Au, linteum meum abnatat. Quis adiuvat, opitulatur, auxiliatur?”

Iuvenis in altera parte rivi: “Ego”, clamat, “adiuvabo, cum sciam, cuius linteum sit. Cuiusne?” Prima: “Meum.” Clamat ille: “Optima, immo optime, tu omnium maxime digna es, quae linteum retineas. Forma mammosa iam scatente bullienteque aqua, quae rem inflat. Accurro.” His verbis dictis iuvenis sequitur rivum, linteum perditum ablatumque ex aqua excipit, ingenti saltu rivum transsilit.

Prima: “Heus, tu”, inquit, “impudicus es. Me invicem et linteum intueri hominis nequam est. Gratias tamen.”

Potuit iste celerius linteum abductum afferre, nonne? Ita tres consentiunt, assentiuntur:

“Te, adolescens, in prato nolumus iacere. Te et in rivo numquam vidimus.”

Manum conserunt tres, ad adolescentem aggressae in rivum iaciunt. Ille, campestri vestitus, tunicas mulierum ex aqua admirans: “Non multum afuit, quin veste nova vos salutavissem, sed aestu adductus hodierno libenter corpus frigida lavo.”

Illae: “Quam sternutat, anhelat, spumantem facit.” Prima: “Frigore cras capietur.”

Secunda: “Aquam sordidam reddit, videtisne?”

Tertia: “Aquâ iam sordidâ cras revertemur. Valetē.”

Tricesimum quartum

Duo amici

Olim duo amici se invicem oderant.

Qui fieri potest, ut amici se oderint? Quia amicus semper amicum invenit, postquam in vita novi aliquid inauditique occurrit.

Optamus enim, ut nova inauditaeque nobis occurrant. Occurrerunt, cum in vita duo inimici, qui se vicissim oderant, mutua affectione diligunt. Dilectio vero ex nihilo fieri non potest. Immo ex culpa, ex coniunctione mutua affectioneque animi, quae divina, origine non humana, sed caelesti quodam motu nascitur.

Optavimus, ut ne vultum quidem inter nos iam mutaremus, si inter nos quando vel iter vel pons obstaret.

Aggressi sumus. Mortem alius alii optavit. In vita nihil erat, quod alteri magis odio esset quam isti obviam ire.

Quid acciderat? Cur duo, qui nihil se noverant, meminerant quidem aliquid esse inter se commune, se participes esse eiusdem regni, quod colerent, eodem se paterno vultu duci, ut rem publicam quadam affectione amarent, se ipsos multo magis, cur ergo illi se pugnae miscere conati sunt? Non ergo in vita hominum incedit spes alterum interficiendi, sed vultus ad caelum dirigendi. Caelum vero ubi nisi in domo ipsius? Sic arbitrati, sic falsi sumus.

In caelo inest spes homines aliquando vita defunctos videndi. In terra est spes homines inter se non deserendi, sed adiuvandi. Spes vero initio nos fefellit. Aggressi sumus nos, cur? Quod vita hominum in se habet aliquid divini, si quis pro se pugnare studet. Sin fallitur, si pugna in alium eum ipsum vitam privat, si deos denique male mulcat tribus verbis: "Aufuge te, malum!", si vitam inopem sustentat propter errorem, quam ob rem sine dubio nihil sit inventurus, quod sibi amoenum, clarum iucundum-

que sit, tum aliquando verum videbit.

Oro vos, qui hoc legitis, ut nos aemulos non obtrectatores, sed homines putetis. Oro, ut vitam hominum non pro se, sed pro vita et morte iudicetis. Inest verbum, quod dicit: “Fer firme, facilis fiet fortuna ferendo.” Hoc ipsum dicere debet, qui se aliquando non fortem, sed ignavum, rerum humanarum impotentem gesserit.

Quis est, qui omnia simul videat, omnia et futura et praeterita?

Sic amicum amicus rogat. Rogare nunc audeo, non postulare. Olim postulaveram, res exigere conatus. Tres sumus, nunc, cum vitam agimus: Vita, vir, uxor, amicus. Si amicus me fallit, pro uxore non vivo, si uxor, pro amico nihil sum.

Amicus amicum diligat necesse est. Diligit, amat, contempletur in eo deum, qui pro vita aliquid fingit, quod ante non exsistere potuit. Exsistit nunc, quod ante non fuit. Fuit, quod di volunt, necne? Cur inimicitias deus velle potest, si eventum praevidet? Nisi praevidet, cur deus dicitur?

Oro vos, qui hoc legitis, ne praeiudicaveritis, ne fefelleritis, ne fraudati sitis alios, qui vobiscum degunt. Fallent, fraudentur ipsi aliquando vos? Nihil, immo fraus ipsa in vos redibit. Sponte, nihil adiuvante homine, sed vicissim fraudem parit fraus.

Memini, quomodo illum primum viderim. Fraus cogitavit adhibere fraudem. Frustra fraudem consternatus adhibui, verum dicere debui. Postquam dixi, omnes non solum pertaedit mei, sed etiam ab infantia natas cogitationes crediderunt. Falsi ipsi, errantes, nihil a me pulchri sperantes humi iacent. Iam defunctus, qui maxime abnuebat virum et hostem congregi aliquando debere. Ut congregerentur, nemo optavit. Omnes nihil sibi boni ex conventu fore sperabant. Sed pugnâ humanâ commissâ nemo erat, qui non nobis gratularetur, in optima vitae conditione nos inesse.

Tricesimum quintum

Ad arma!

C. Iulius Caesar, imperator Romanus, bello Gallico gloriam et lauream deportavit aeternam. — In eius libro “Commentarii de bello Gallico”, quem servo dictavit, legimus:

Erant in ea legione fortissimi viri centuriones, qui iam primis ordinibus appropinquarent, Titus Pullo et Lucius Vorenius. Hi perpetuas inter se controversias habebant, uter alteri anteferretur, omnibusque annis de loco summis simultatibus contendebant. Ex his Pullo, cum acerrime ad munitiones pugnaretur, “quid dubitas”, inquit, “Vorene? Aut quem locum tuae virtutis exspectas? Hic dies de nostris controversiis iudicabit.” Haec cum dixisset, procedit extra munitiones quâque hostium pars confertissima est visa, inrumpit. Ne Vorenius quidem sese tum vallo continet, sed omnium veritus existimationem subsequitur. Mediocri spatio relicto Pullo pilum in hostes inmittit atque unum ex multitudine procurrentem traicit. Quo percusso exanimatoque hunc scutis protegunt hostes, in illum universi tela coniciunt neque dant progrediendi facultatem. Transfigitur scutum Pulloni et verutum in balteo defigitur. Avertit hic casus vaginam, et gladium educere conanti dextram moratur manum, impeditumque hostes circumstant. Succurrit inimicus illi Vorenius et laboranti subvenit. Ad hunc se confestim a Pullone omnis multitudo convertit; illum veruto transfixum arbitrantur. Vorenius gladio rem comminus gerit atque uno interfecto reliquos paulum propellit; dum cupidius instat, in locum inferiorem deiectus concidit. Huic rursus circumvento subsidium fert Pullo, atque ambo in columes compluribus interfectis summa cum laude intra munitiones se recipiunt.

Sic fortuna in contentione et certamine utrumque versavit, ut alter alteri inimicus auxilio salutique esset neque diiudicari pos-

set, uter utri virtute anteferretur.

Hoc Caesar (scripsit). Quis vestrum in pugna pro patria pugnaret, quis pro uxore, quis pro pecunia (mercede)?

Nos hic illos viros pro honore, pro fide, pro duello pugnavisse credimus. Sed, si pugna pro familia, pro liberis, pro amore fervido fuisset? Quis nostrâ aetate cognosceret, quis sciret, quocum alii milites Romani pugnare debuerint, nisi si auctor noster tam multa, tam singularia, tam accurate, immo accuratissime descripta nobis reliquisset.

Noster (auctor), qui vitam amavit, traditur fuisse excelsâ staturâ, colore candido, teretibus membris, ore paulo pleniore, nigris vegetisque oculis, valetudine prosperâ, morosior, cum corpus curaret, mitis clemensque naturâ, peracri iudicio, ingenio acuto, valens memoriâ, magno animo, vigilans, laborum patiens, ambitiosus, impotens.

Caesar nuncupatur, ut aiunt, ob caesariem horridam, quam proavus quidam possidebat.

Aiunt etiam illum proavum genere nobili ortum barbam longissimam habuisse, ut omnes crines barbae admirarentur.

Vitam finivit, cum hostes omnes neglegeret. Verba ultima: "Ista quidem vis est" dixit, cum vitam nihil sine vi in alios egisset. Restat, ut omnium Romanorum maximus in omne tempus celebretur.

Quis Caesar est? Ut scitis, homo cum anima et corpore non iam nobis apparet. Tangi non potest, neque videri, neque audiri. Legere autem librum, audire de rebus gestis eius, narrare aliquid, quid cogitemus de Caesare, id demum nobis adhuc licet. Quid, si quando vox apparebit, quae dicat se ipsam esse Caesarem? Vel si, ut apud veteres, res mirae acciderent, quae significarent eum ipsum esse nove natum? Credam, si dicta facta secuta erunt.

Tricesimum sextum

Tragica fors

In vita semper dubitemus, quid sit origo, quid finis.

Finem vitae in mortuis videmus. Quorum corpora vel cremamus vel humamus.

Domi pax, foris quies sit. Si foris bellum oriatur, etiam domi tranquilli non iam degimus. Fortes etiam occidunt in bello; nemo dubitat, quin imperii finis aliquando sit venturus. Venter si satur, alvus si completus est cibo, nemo tam stultus est, quin vitae finem sibi quaerat, nisi vitam dolore aliquo sustentare nolit.

Tragicam sortem eam dicimus, in qua et homo pugnet usque ad finem et nihil efficiens morte immatura (praemat.) rapiatur.

Sed ut fors fert, nemo est qui sapiat omni tempore. Si fors dicitur immanis casus, qui nullo divino, nullo caelesti regimine in homines cadat, ea denique fit consultatio, in qua semper fatum perquirere student ii, qui nulla regula, nullo adiuvante homine in obliquum quasi cadunt, desperati, nulla intestina regula ducti.

Intestinum dico, quod versatur in anima, intra ergo ingenium. Versantis vero in corpore animae id proprium est, quod nos animum dicimus. Animum vero caelestem quoque dicimus, quia nihil sine cogitatione, sine voluntate nihil facit, quod hominem ad munera praeclara instiget.

Homo in vita semper ita se gerit, ut nemo sine culpa, sine noxia nemo vitam agat. Vitam vero eam, quam vere integram, imperfectam quidem, sed omni genere beatam putamus, quod in nulla re aliquem hominem offendimus, nullum vere laborantem aggredimur, quin eum adferamus ad altum, sustentare ii impri-
mis possunt, qui divites opibus sunt.

Divitiae vero quid prosunt, si corpus aegrotatione vexatur, animus identidem aegritudine excruciat? Animus fortis facile

potest sortem accipere, fors vero in hominibus semper se ipsam sustentat, cum se ad caelum, unde sit orta, tollat. Omnis homo enim id pro certo habere debet, si animum caelestem non divinitus, sed humilem infirmumque accipiat, semper ad infirmum imbecillumque recidere. Sin se ad alta, sublimia fert animus, etiam corpus crescit, dignitate quadam incredibiliter auctum, enormi vi roboreque alios devincit superatque.

Sortem per se a “serendo” ducimus, quod sortes, quae in sitellam deferuntur, facile indicant, quid sit optimum.

Optimum in vita quid est, si vita in tenebris sit secutura vitam nostram amabilem? Nihil vero philosophi se ad loca inferna, quae sint sedes ac regio sceleratorum, applicant. Immo se in loca immani pulchritudine, quae sedes beatorum nuncupant, ingenti cum spiritu vitaque impleta, imbecillitate omni relictâ, ferunt.

In vita est spes, quae omnes homines semper adducit ad finem. Nemo se, nisi graviter fato afflicto, vitâ sponte consilioque privat. Ergo vita inhaeret omni creaturae, praeter si sunt beluae. Beluam vero etiam hominem dico, si sine vi divina degat.

In beluis sunt quaedam, quas lemmos dicimus, qui sine causa, alius alium secuti in aquam se praecipitant, vitam consilio ita rationeque aliquâ finientes. Ea vero numquam vera ratio est, sed fictiva quaedam, quam homines insanum vecordemve existimant.

Vita vero quid est, si nihil reliquum est spei, quae ad maius quoddam meliusque homines perducatur? In eo ipso vita a nonnullis, quos suicidas dicimus, finitur.

Sin vitae nulla iam manet spes, si parentes, liberi, affines, nullus denique mortalis aliquid spei afferat, quid si deorum immortalium voluntati confidimus, id quod etiam maiores nostri, ob quos degimus, fecerunt? Facimus enim, cum dis grates agimus.

Tricesimum septimum

Vinum in mundo

Vinum est sal mundi. Sicut sal cibum bonum amabilemque facit, ita vinum mundi omnibus est salutem. Vinum mundi dico id, quod animum efflat ad altiora.

Sine sale panis nihil sapit, sine melle vita in deformitatem abscedit. Vita sine melle, sine spiritu divino nihil iam continet, quod sit ad tempus fruendum, quod homini est datum a natura, idoneum.

Fruendâ enim voluptate in vita insumus. Vita amanda, perquam divina, quasi non homini, sed deo data. Dei enim sunt, qui sine molestiis, sine morte vitam aeternam degere possunt. Quis sine vino, sine voluptate vitam perferre possit? Nullus est, qui sapiat mel semper, nemo est, qui sapiat omnibus horis. Sed mel nos iterum gustaturos esse confidimus. Speramus enim aliquid, quod iam bonum vel optimum nobis contigit occurritque, mox ad nos reversurum esse.

Sperant alii, si vivunt, aliquid boni sibi obviam iturum. Alii mortui tandem exspectant se bona, quae in vita non viderunt, visuros esse. Quis tam dives, tam pulcher, tam denique valens est opibus, ut omnia simul habeat, quae vult? Quis etiam tam nobilis, tam potens auctoritate ingeniove, qui omnia sibi acquirat? Nemo.

Malum vero depravatamque ingenium qui potest videre, quid sit sal? Nonne etiam piper pro sale usurpat? Nos dicimus, quid sit sal terrae: Si quis nihil inquirat, nihil experitur, nihil denique studet, quid sit novum, inexploratum inauditumque, non ad salem pervenit. Sal vero corpori nocere potest, si nimius est. Sic mel etiam in vita dentibus est perniciosum, cum carie eos afficit. Dentes vero carie affecti etiam corpus delent.

Nihil ergo vino, quod continet mel, nimio utendum. Sed vinum sine melle, quis potat, nisi iam naturâ suave molleque est? Vinum hic ergo melle mollire quasi et suavem facere debemus, illic suave iam est.

Tres viri sibi uxores quaerunt

Amando primus sibi uxorem invenit.

Bibendo alter invenire non potest. Quam ob rem filiam vicini invenit, quae amandi artem bene novit. Causa eius rei est, quod filia se ipsa obtemperando vicit: Noluit unâ potare, ergo ille bibere desiit.

Tertius nec amando nec non bibendo uxorem invênit. Legendo ergo studuit, sed non libros, immo uvas. Ergo vindemiâ vicinam cognovit, adamavit, ducendo in matrimonium pampinis ornatam tres viros vicit:

Primum, quod et amando et potando eam duxit.

Secundum, quod sine uvis bibere noluit, quam ob rem in vindemia propinando sibi atque ad pocula invitando captus est amore.

Tertium, quod se ipse vicit, cum asseveraret uxorem sibi pocula dimensa praescribere.

Vindemia

Autumno, cum aestas praeteriit, homines laeti se in vineta vineasque conferunt. Falculâ vineaticâ uvas pendentes succidas desecant. Acinos uvarum manu tan gunt, si maturata sint, temptant uvas premendo. Sucum gustant, sciscitaturi num acerbus, mollis, suavis an acidus sit.

In vineto multae et variae hominibus plantae aliae crescunt. Inter arva etiam papaver, flore candido atrove. Atrum vero papaver non ob colorem, sed ob saturationem pigmenti, quod rubrum russumve dicimus, nominatur. Campanula caerulea semper atro quoque colore caelum reddit. Aliis locis viciae adminiculis vitis usae se volvunt in altum. In humo glebosâ ostia ca vernarum murium (murum), qui acinos condunt, videmus. Talpa rara fame vexata in cavernas suas etiam fruges condit, nasus oblongus effodiendo tumulos parvos terram perscrutatur.

Cantando, bibendo, laetando, saltando agricolae vindemiatoresque vindemiâ confectâ sollemne celebrant.

Duodequadragesimum

Vita in caupona

In cauponam olim vir quidam intravit, pecunia carens. Sed hospitem se esse gratis noluit. Ergo ad cauponem adiit, rogans: “Quanti mihi constabit poculum cerevesiae?”

“Duobus assibus”, caupo respondit.

Hospes: “Id”, inquit, “mihi nimium est. Sestertius mihi in marsuppio est, sed pernoctationi.” Caupo: “Merces”, inquit, “asse solvenda, si bibes pecuniâ, quam tecum fers. Sed ad assem tibi omnia perdenda erunt? Dubito, an tantâ mercede graveris potare.” — Ille: “Nescio, an me duplici pretio malis pernoctare. Nonne?”

Cauponem ironia non fefellit: “Nummo sestertio”, inquit, “conclave mundum, cum aquâ corrente, accipies.”

“Quanti constat?” ergo hospes interrogavit. “Minimi”, respondit hospes. “Tanti, ut et pernoctare et bibere et aliquid cibi vespertini sumere possis. Ministrabo, cum pependerit sestertium, pollicitus filiam delectare. Filia enim non recte cogitat de vita agresti, vitam urbanam praeferens. Si eam praecepta nova culinarum doceas, tibi maxime devincti erimus.”

Hospes: “Praecepta equidem novi”, inquit, “sed tanti constant, ut etiam diutius apud vos pernoctare debeam.”

Vita ruri

Rus profecti hodie tibi gratias agimus, quod nos in numero amicorum ducis. Ruri enim praeter gallinas, sues anseresque, qui clangore mane nos e lecto excitant, etiam rerum natura regioque delectat. Rus per se iam possidet multa, quae nos oppidani desideremus. Sed agros permigrando, rerum naturam admirando, avîs, alites, volucres piscesque observando homines sumus investigatores earum rerum, quae a natura involutae videntur.

Ruri sunt multa, quae oculos et animum valde moveant. Non

solum altum silentium, si in tecta te confers, sed etiam magnus stridor venti, qui tecta arundine texta tangit facitque, ut tremescant.

Domi te sub vesperum exspecto. Domine, te amo ob istud beneficium, quod mihi rus peregrinationem permisisti. Laudo, probo, in caelum fero ius, quod nobis in ferculis variis prandii cenaque praebetur. Multa condimenta, impensas multas continet. Magna nobis cibi appetentia, cum vesperi domum magno itinere confecto revertimur. Inumbrante vespera, cum sol occisurus, luna exortura est, famem ante tabernam, in qua cibi offeruntur, sedentes explemus. Fame explenda, siti restinguenda sedandaque mox languor nos capit, nox appropinquans felicem somnum dabit.

Rivi, aqua scatens e fonte vicino, apes frementes, bombi bombitantes, cicadae stridentes, pulli pipientes, boves mugientes equique hinnientes totum diem animos nostros moverunt. Nunc, feriarum tempore paene praeterito, te et dominam saluto. Vale.

Vale!

Te, amice, ultimum saluto. Abeo, bellum nos separat. Necesse est pro patria, pro libertate mori. Nihil nobis reliquum est, tantum spes. Spes vero me fefellit. Credideram te ad nos venturum esse. Sperabam te adfuturum bello. Ad bellum ducendum ego nihil valeo. Dux bellum ducet, bellum geret diu. Nihil nobis spei restat nisi ea, quam in rebus divinis ponimus. Res divina nos animi firmat.

Res divinae nos corpore et animo firmant. Utinam spes tibi sit me videndi.

Utinam te viderem, tibi socius a fato missus. Unâ dimicandum esset nobis, unâ vincendum. Victoria quid est nisi omnium rerum abundantia? Abundabimus quidem, mortuine? Ego te non iam exspecto, sed litteras, quibus me semper adiuvisti.

Undequadragesimum

In schola

Magister hortatur pueros puellas, seque ipsum:

“Salvete, pueri. Et vos, puellae. Heri domi fuistis, quia feriae fuerant. Nunc schola incipit.

Nobis nunc nova, inaudita discenda erunt.

Vobis obtemperandum est, quia ego instituam. Magister novus sum, qui libenter vos doceam.

Studendum est a vobis linguae Latinae. Discenda vobis verba nova, grammatica recens erit. Nove detecta non instituenda sunt mihi, cum alia curem, quae vetera dicantur. Auscultate, auscultandum est vobis me loquente. Utrum me omnes intellegitis an non (necne)?”

Liberi respondent: Primus: “Salve, magister, in classe hac novus sum.”

Secundus: “Ego iam classem repeto. Pigerrimus fui, laborandum mihi nunc erit, ut progressus faciam.”

Tertius: “Ego puella salvere te iubeo. Nunc enim nova audire non possum, cum classem quoque repetam.”

Magister: “Cur”, interrogat, “classis tibi repetenda?” “Quia”, inquit, “mihi nullus in classe vetustiore placuit ...” (omnes rident) “Immo adiuvit. Mala sum.”

Magister: “Peiores certe in classe sunt. Quis audet mihi dicere se esse pessimum?”

Quartus: “Ego”, inquit, “optimus fui, cum nondum scholam habebam. Nunc ergo ... me piget loqui, istis ridentibus.”

Magister: “Re vera”, inquit, “sodes, loquere. Loquitor.”

Quartus: “Quid”, inquit, “me vis dicere? Omnia, quae alii sciunt, oblitus sum.”

Magister: “Memento discere, memento mei. Nihil est, quod non operae pretium sit discere.”

Quintus: “Primus”, inquit, “loqui volui. Nemo me vocavit.” — “Te miserum”.

Elementa scholae

Marcus Fabius Quintilianus prima elementa scholae ita censet tradenda:

Igitur nato filio pater spem de illo primum quam optimum capiat: ita diligentior a principiis fiet. Falsa enim est querella, paucissimis hominibus vim percipiendi quae tradantur esse concessam, plerosque vero laborem ac tempora tarditate ingenii perdere. Nam contra plures reperias et faciles in excogitando et ad discendum promptos. Quippe id est homini naturale, ac sicut aves ad volatum, equi ad cursum, ad saevitiam ferae gignuntur, ita nobis propria est mentis agitatio atque sollertia, unde origo animi caelestis creditur. Hebetes vero et indociles non magis secundum naturam hominis eduntur quam prodigiosa corpora et monstris insignia. Sed hi pauci admodum fuerunt argumentum, quod in pueris elucet spes plurimorum: Quae cum emoritur aetate, manifestum est non naturam defecisse, sed curam.“ Praestat tamen ingenio alius alium. “Concedo, sed plus efficiet aut minus: Nemo reperitur, qui sit studio nihil consecutus. Hoc qui perviderit, protinus ut erit parens factus, acrem quam maxime datur curam spei futuri oratoris impendat.

Ante omnia ne sit vitiosus sermo nutricibus: Quas, si fieri posset, sapientes Chrysippus optavit, certe quantum res pateretur, optimas eligi voluit. Et morum quidem in his haud dubie prior ratio est, recte tamen etiam loquantur. Has primum audiet puer, harum verba effingere imitando conabitur. Et naturâ tenacissimi sumus eorum, quae rudibus animis percepimus: Ut sapor, quo nova imbuas vasa, durat, nec lanarum colores, quibus simplex ille candor mutatus est, elui possunt. Et haec ipsa magis pertinaciter haerent quae deteriora sunt. Nam bona facile mutantur in peius: Quando in bonum verteris vitia? Non adsuescat ergo, ne dum infans quidem est, sermoni qui dediscendus sit.

Quadragesimum

De vita post vitam

Veteres ita censuerunt, post mortem se vel ad inferos, vel, si Platonis sectatores erant, ad superos vel ad vitam veram rapi.

In vita contemplanda Cicero semper id egit, ut non omnes homines ad sedem beatorum, sed optimi tantum felicitate aeternâ donati pervenirent.

In opere, quod dicitur “Tusculanae disputationes”, in libro primo de opinione aequalium et priscorum, quid morte homini accidat, *Cicero* hoc scripsit:

«Itaque unum illud erat insitum priscis illis, quos cascos appellat Ennius, esse in morte sensum neque excessu vitae sic deleri hominem, ut funditus interiret; idque cum multis aliis rebus, tum e pontificio iure et e caerimoniis sepulcrorum intellegi licet, quas maxumis ingeniis praediti nec tantâ curâ coluissent nec violatas tam inexpiabili religione sanxissent, nisi haerent in eorum mentibus mortem non interdum esse omnia tollentem atque delentem, sed quandam quasi migrationem commutationemque vitae, quae in claris viris et feminis dux in caelum soleret esse, in ceteris humi retineretur et permaneret tamen. Ex hâc et nostrorum opinione

‘Romulus in caelo cum diis agit aevum’,

ut famae adsentiens dixit Ennius, et apud Graecos indeque perlapsus ad nos et usque ad Oceanum Hercules tantus et tam praesens habetur deus; hinc Liber Semelâ natus eâdemque famae celebritate Tyndaridae fratres, qui non modo adiutores in proeliis victoriae populi Romani, sed etiam nuntii fuisse perhibentur.»

Haec Cicero; nostra aetate non multi sunt, qui credant animam cum corpore simul interire. Epicurus, re vera arbitratus deos solos sine molestiis, corporibus divinis affecti, esse quidem, sed nihil homines curare, hominum animas simul cum

corpore interire credidit.

Praeterea vero nemo est, qui Ciceronis opinionem nostrâ aetate semper laudet, vituperare vero ineptiarum est, nisi ipse libros eius intellexisti. Sententiam ipsius ergo quaeramus:

«Nec tamen mihi sane quicquam occurrit, cur non Pythagorae sit et Platonis vera sententia.... Sed plurimi contra nituntur animosque quasi capite damnatos morte multant, neque aliud est quicquam, cur incredibilis iis animorum videatur aeternitas, nisi quod nequeunt qualis animus sit vacans corpore intellegere et cogitatione comprehendere....

Est illud quidem vel maximum animo ipso animum videre, et nimirum hanc habet vim praeceptum Apollinis, quo monet ut se quisque noscat.... Cum igitur ‘nosce te’ dicit, hoc dicit: ‘nosce animum tuum.’ Nam corpus quidem quasi vas est aut aliquod animi receptaculum; ab animo tuo quicquid agitur, id agitur a te. Hunc igitur nosse nisi divinum esset, non esset hoc acrioris cuiusdam animi praeceptum tributum deo (sc. hoc se ipsum posse cognoscere).... Ex quo illa ratio nata est Platonis, quae a Socrate est in Phaedro explicata, a me autem posita est in sexto libro de re publica: ‘Quod semper movetur, aeternum est; quod autem motum adfert alicui, quodque ipsum agitur aliunde, quando finem habet motus, vivendi finem habeat necesse est. Solum igitur, quod se ipsum movet, quia numquam deseritur a se, numquam ne moveri quidem desinit; quin etiam ceteris, quae moventur, hic fons, hoc principium est movendi. Principii autem nulla est origo.... Quod si numquam oritur, ne occidit quidem umquam.... Ita fit, ut motus principium ex eo sit, quod ipsum a se movetur; id autem nec nasci potest nec mori. Cum pateat igitur aeternum id esse, quod se ipsum moveat, quis est qui hanc naturam animis esse tributam neget? ... Quod est animal, id motu cietur interiore et suo; nam haec est propria natura animi atque vis, neque nata certe est et aeterna est.’»

Quadragesimum primum

Epistulae

C. Plinius Calpurniae suae s.

Incredibile est, quanto desiderio tui tenear. In causa amor primum, deinde quod non consuevimus abesse. Inde est, quod magnam noctium partem in imagine tua vigil exigo; inde quod interdium, quibus horis te visere solebam, ad diaetam tuam ipsi me, ut verissime dicitur, pedes ducunt; quod denique aeger et maestus ac similis excluso a vacuo limine recedo. Unum tempus his tormentis caret, quo in foro et amicorum litibus conteror. Aestima tu, quae vita mea sit, cui requies in labore, in miseria curisque solacium. Vale.

(Calpurnia uxor altera Gaii Plinii Caecilii Secundi, qui Minor dicitur, erat. Adamavit ille, colebat, duxit in matrimonium, singulari fide et constantia in epistulis suis eius mentionem faciens:)

C. Plinius Calpurniae Hispullae suae s.

Cum sis pietatis exemplum, fratremque optimum et amantissimum tui pari caritate dilexeris, filiamque eius ut tuam diligas, nec tantum amitae ei adfectum, verum etiam patris amissi repraesentes, non dubito maximo tibi gaudio fore, cum cognoveris dignam patre, dignam te, dignam avo evadere. Summum est acumen, summa frugalitas; amat me, quod castitatis indicium est. Accedit his studium litterarum, quod ex mei caritate concepit. Meos libellos habet, lectitat, ediscit etiam. Quâ illa sollicitudine, cum videor acturus, quanto cum egi gaudio afficitur! Disponit, qui nuntient sibi, quem adsensum, quos clamores excitarim, quem eventum iudici tulerim. Eadem, si quando recito, in proximo discreta velo sedet, laudesque nostras avidissimis auribus excipit. Versûs quidem meos cantat etiam format-

que citharâ non artifice aliquo docente, sed amore, qui magister est optimus. His ex causis in nobis maiorem spem certissimam adducor, perpetuam nobis maioremque in dies futuram esse concordiam. ... Cum matrem meam parentis loco vererere (verereris), me a pueritia statim formare laudare, talemque qualis nunc uxori meae videor, ominari solebas. Certatim ergo tibi gratias agimus, ego quod illam mihi, illa quod me sibi dederis, quasi invicem elegeris. Vale.

Marcus Tullius Cicero ad Terentiam uxorem

Tullius Terentiae suae, Tulliolae suae,
Ciceroni suo s. d.

Et litteris multorum et sermone omnium perfertur ad me incredibilem tuam virtutem et fortitudinem esse teque nec animi nec corporis laboribus defetigari. Me miserum! Te istâ virtute, fide, probitate, humanitate in tantas aerumnas propter me incidisse, Tulliolamque nostram, ex quo patre tantas voluptates capiebat, ex eo tantos percipere luctus! Nam quid ego de Cicerone (= filio Ciceronis) dicam? Qui cum primum sapere coepit, acerbissimos dolores miseriasque percepit. Quae si, tu ut scribis, 'fato facta' putarem, ferrem paulo facilius; sed omnia sunt meâ culpâ commissa, qui ab iis me amari putabam, qui invidebant, eos non sequebar, qui petebant. Quod si nostris consiliis usi essemus, neque apud nos tantum valuisset sermo aut stultorum amicorum aut improborum, beatissimi viveremus. Nunc quoniam sperare nos amici iubent, dabo operam, ne mea valetudo tuo labori desit. Res quanta sit intellego quantoque fuerit facilius manere domi quam redire: sed tamen si omnîs tribunos plebis habemus, si Lentulum tam studiosum quam videtur, si vero etiam Pompeium et Caesarem, non est desperandum....

Quadragesimum secundum

Vis caelestis

In regno naturae impar exstat fortuna. Nemo dubitat, quae animi sit fortitudo, quae constantia, qui vigor. Sed omnes, qui in vita aliquid magni, perfectioris confecerint, non solum labore, sed etiam lacrimis, sudore, opere vim solam terrae oppugnare debuerunt.

Vis terrae homines impedit, quasi pedica, quae pedem obstringit, arte coartat, concludit fauces.

Primum nos venti vim, terrae motûs, solis aestum, hieme frigus, vim denique morborum vitâ plenâ vigentes ferre debemus. Sine illis, quae homines poenas, nonnulli etiam provocationes contentionesque vocant, vita multo esset iucundior. Sed sunt etiam, qui regiones habitent, quibus minus sit talium incommodorum.

Si quis feliciter sit natus, sine molestiis, sine aerumna, parentibus divitioribus, corpore robustiore ad vitam agendam idoneo, sine dubio alios, qui sint minus opibus, minus fortunâ fortunati, superabit.

Sed, quid, si animi quoque rationem inferemus? Si quidem animus corpore fortunato, laborum morborumque patiente, sit praeditus, multo plura, efficientiora, maiora efficere, perferre, sustentare poterit.

Animi vero, si in homines minus fortes, minus robustos corpore cadant, quis est, qui dubitet eos nimis esse impeditos ad munus suum fungendum? Fungitur enim animus munere quodam caelesti, quod a dis homini est datum, sed tali modo, ut perspici praeviderique ante quam sit perfectum raro possit.

Animus, si in corpus imbecillius, minus forte, parum idoneum labori patiendo cadat, semper impeditur, quo minus fortiter se gerat, munera praeclara faciat. Sunt etiam, qui vix nati, lactantes, matris uberibus quasi avulsi et abrepti, morti iam dedan-

tur a fato; vel, si parumper iam adoleverint, a parentium complexu abstrahuntur etiam fato quodam crudeli.

Admodum tristes in vitam ingredimur, admodum tristes morte eam relinquimus. Vitâ privati, dolore affecti, dolentes ob morbos, valetudinem, affectiones. Nemo est, qui sapiat omnibus horis. Nemo est, qui iam a prima vitae horâ sapiat paulisper, sed omnes nove nati velut indignatione maximâ affecti dolorem ob partum voce elatâ reclamant, quantum possunt.

Cur ergo ista indignatio, si infans modo natus primum spiritum ducit? Nos, qui hoc scribimus, rem per res ipsas explicare conabimur. Non enim infans a loci terrore aliquo, vel a deformitate, quâ invisibile a tergo substantialis materiae odium nascitur, territus vitam negare conatur. Neque enim, ut quidam putant, aërem ex pulmonibus efflare studet. Potuit enim id etiam sine voce, flatu solo, facere. Immo in voce ipsa, quae aliquid doloris terrorisque vitae implicet, restat ingens vitae horror pavorque. Aliter enim sentit, cum natus in beluis, aliter, cum in hominibus nascitur. In belius nempe id ipsum, quod hic adducimus, ut vocem indignatam efflet, numquam fere videtur, immo tristitiâ quadam adductae nascuntur, nihil clamantes. Sed nihilominus sunt tristitiâ affectae.

Quam ob rem ista tristitia, ille maeror? Non ob matrem relictam, ob locum calidum desertum. Immo ob vitae pugnam, quam nunc incohatura creatura quamvis matre praesente, mox omnibus nervis viribusque geret.

Vitae vero tam vehementer, tam acriter repugnare, quis potest? Nullus, qui sit corpore robusto? Immo raro, sed illi, qui in vatium numerum referuntur, etiam robustissimo validissimoque corpore, sunt vitâ obnoxii vitis aliorum. Quid? Nondum satis clare disserui: Illi enim vitâ primum sibi vivere studentes, aliis timore inani invidentes, alios formidine satisfactionis contemnentes nihil argutiarum nisi inane vileque proferunt. Vitâ ipsius contra alios pugnant, horrent piacula excusandi causâ, dum vita ipsa eis poenam luit.

Maeror vero nascentis, modo ad vitam agredientis hominis qui fit? Non ergo, ut diximus, sponte, nullâ causâ maeror non existere potest, cum res in vita, quam gerimus, semper causas habent. Nihil sine causa, quamquam ficta causa saepe a nobis inducitur, si veram perspicere non possumus.

Homo, qui vates dicitur, rem plane et perspicue expedire potest. In prima pueritia enim, loco solitario, nullo praesente, vi quadam magica, quam caelestem dico, somnia perhibet. In illis somniis videt, non recte vereque dormiens, sed modo experrecturus, familiam, uxorem, maritum, quos diu noverat, sed nondum vitam puer puellave agens vidit.

Eos vero non percipiens sensibus, non audiens, nihil videns, tangendi impotens matrem, quam pro coniuge habere non potest, tamquam viduus, libidine voluptateque privatus infans non laetatur. Quid, si in matris utero iam praesensit dolores futuros? Non enim se non movet, frangit vero vim terrae non sentiendo. Luctum matris tamquam praesagiens quidem meminerit, sed quis interrogare potest, quid per se in utero viderit? Nemo. Ergo nos intellegimus infantes nihil, quod sit maioris pretii, reminiscimur vana, quae numquam pro veris habenda sunt. Sed si in vate etiam vis quaedam apparet, qui mortem non finem, sed initium vitae caelestis putant, etiam praesagiunt res futuras illi. Imprimis in vita sunt facta, quae iam praesensa multo post accidunt. Illa, a nobis praepotentia habita, non sufficiunt ad omnia, quae vates praevideat, explicanda. Immo etiam spes est ea ad vitam ante vitam, quam nunc agimus, pertinere. Ita clare declarant, qui praesentiunt ipsius vitae culmina.

In vita, quam agimus, semper vix ad culmen pervenimus, si contra fatum pugnare studemus. Vis ergo quaedam caelitus nobis data missaque nobis indicat nos divinâ esse origine. Si quis se ipse maxime diligit, morte puniendus? Nihil, sed vitâ aeternâ nondum donandus.

Ut iam dixi, vita alii labores, interitum praematurum, animi

et corporis imbecillitatem pravitatemque affert; alii vero luxuriam, abundantiam omnium rerum, pueritiam iucundam, sed morte tamen semper minans.

Quis est, qui tantâ inaequitate, tantâ iniustitiâ in homines regnat? Nemo, an nos ipsi?

Deus vero si nos velit tam esse fortunâ variâ, tam differente, qui fieri potest, ut sit aequus quidem, iustus et sincerus, sed severus quoque et durus?

Nemo, si finem ipse videat, sine causâ adlatâ peccabit. Si vero nos culpâ aliquâ affectos deus vult, aequus ille nullo modo esse potest. Finis vero vitae in vita ipsa nihil esse potest, ut in Consolatione dixi. In ea parte, quam de morte filiae scripsi, nihil inest spei, si quis non laborat pro patria, pro affinibus, pro libera denique vita. In vita, quam hic sustentamus, nemo est qui semper sine causa molestias evitet. Immo omnes student molestias quam plurimas possunt evitare. Si quis in vitae inopia versans sine parente, sine hereditate, sine denique ullo amico pro vita ipsa pugnat, non habet quod animo deficiat. Spes enim numquam deest, nisi si nos ipsi non iam esse volumus. Sed, ut Plato praeclare edocuit, nemo esse potest, qui non semper fuerit.

Si quis sine molestiis, sine laboribus, anxius numquam, diutius vixerit, se semper deum quasi sentiet. Numquam alium audiet, qui ad se venit precatum aliquid, non dicto audiens erit, si quis auxilium ab eo quaeret. Immanis, vecordisve odii in alios, si nocere non poterunt, se geret. Qua re fiet ut nemo, qui diu beatus fuit, sponte se mitem, amicum, hominem verum gerat. Immo aliis pravâ dominatione imperabit.

Quid? Vita multa edocet, quae vix aliis nota fiunt. Imprimis, non homines esse mortales, morte vero rapi iniucundissima, qui in alios peccaverint, quis ignorat? Alii, qui vix vitae spiritum efflaverint, dum apud nos versantur, celeriter moriuntur. Alii aetatem agunt diuturnam, nemo clamat ob poenitentiam, quam numquam effantur.

Vis naturae per se dolorem nullum inhibet, sed augere potest etiam. Sic summum dolorem ferre nemo potest, quod vas corporis, ut aiunt, doloris maximi impotens est. Sed quid, si voluptatem afferimus? Etiam summa voluptas vix a mortali tolerari potest.

Nausicaa enim, cum Ulixes eam primum videt, non fugit. Virum maxima admiratione contemplan, vultu amoeno sinceroque adversus eum nudo corpore ad fluvium stantem constitit. Ille:

Té precor, ó regína, dea án mortális es ípsa?

Ignorans utrum mortalis an diva, femina an dea, sciscitatur, quis sit:

Númquam ego vídi mórtalém talemque hís oculís meis
néc virum adhúc nec féminam, ac ádspectáns venerór te.

Stupet Ulixes, nutat, vacillat, erroribus multis, innumerabilibus patriam quaerens, cum in feminam inauditâ pulchritudine, quae humanum modum excedit, cadat. Veretur, contemplatur, sed salus non datur nisi veste porrectâ, quam induit.

Formam, faciem, splendorem divinum ferre non potuisset. Nemo est, qui deos ipsos superet. Tam crudeliter vexatus Ulixes ergo pergere atque proficisci debet.

Hanc ob causam, ut supra dixi, nemo est, qui in terra simul et inops et praepotens, dives et pauper esse possit, nisi si quis sit et animo divite et opibus pauperibus, vel et dives facultatibus divitiisque et pauper animo.

Sin quis sit dives locuplesque cum animo tum opibus, semper valetudo, fors fatumve adversum adversariumque turbat frangitque fortunam.

Hanc ob causam necessarium videtur vel vitam alteram, ut ait Ennius, vel vitam caelestem introducere, si contra logicam peccare nolumus.

Quadragesimum tertium

De vi animi

Omnes, qui sapere student, id potissimum spectare debent, ut vim naturae exquirant. In rerum naturâ inest enim non solum vis quaedam magica, quae et homines gignit et procreat, sed etiam ipsa (natura) se mirâ et mirabili arte sustentat. Quis nostrâ aetate nesciat et rerum naturam aliquando ortam, sed etiam finiri posse? Cosmos enim per se nihil sempiternum videtur iis, qui spectant munere suo ad stellas, quos astronomos nuncupamus.

In rerum natura vero nemo est, qui causam afferre et explicare posset, cur cosmos ipse sit. Etenim nullus est, qui ortum certe describere posset, ne dicam finem. Finis potest esse, quod stellae, galaxae et cumuli galaxiarum aliquando orti esse dicuntur. Sed quis, etiam maximâ eruditione praeditus, dicere possit, quae sit origo mundi? Mundus enim per se vel in immensum patet, vel finitâ est magnitudine.

In mundo ergo aliquando, ut nunc vulgo censent rerum naturae investigatores, dispositio, quae dicitur ‘originalis’, facta est. Quâ dispositione non solum materies in spatium iaculata est, sed etiam nunc extenditur. Sed cur, cuius arbitrio consilioque, nemo rogat, qui in numero physicorum habetur.

Ego censeo vim naturae esse aeternam, quam ob rem etiam cosmum non ortum, sed tantum mutatum esse contendo. Si enim ortum esset, cur? aut quid ante fuit? Id physici sic interpretantur: Dicunt enim globum materiae ingentis ponderis in unum esse compressum conglomeratumque, qui aliquando vel sponte suo vel divinitus immani cum velocitate extendi coepisset. Causam extensionis, prout ego intellexi, nullam afferunt. Etiam, cur materies conglobata sit, et alia, quae vix hic enuntiare audeam, non rogant.

Cordi et medullis sunt praeclara, indefinita quidem, quae cogitatione leviter accurateve tangi, rerum naturae investigatio-

ne vero explicari non possint. Tam indefinita inexplicabilia sunt, quae modo explicui, cosmi magnitudinis, aetatis, originis mentionem faciens. Nemo est, qui omnia cogitatione explicet; sed sunt, qui cogitatione rationeque iam praecedunt. Maxwellus primus undas electromagneticas ratione postulavit, etiam, si ita definiamus, invenit, quae paulo post ab Hertzio experimentis inventae et comprobatae sunt.

Sic multa iam nunc experimentis nove deteguntur, alia praecogitata breve tempus iacent, post inventa ratione atque usû (theoriâ atque praxi) conduntur.

Nondum cosmum permigrare, nondum astronavigiis perlustrare immensa inter stellas fixas intervalla possumus. Proxima stella fixa, quae Alpha Centauri dicitur, a nostro sole quattuor annos lucis distat, quae distantia nobis insuperabilis adhuc est.

Mens vero, quae animo insidet, facile potest illud immensum spatium penetrare. Ergo etiam aliquando mens rationem excogitare poterit, quâ facile alias stellas quamlibet distantes et remotas visitemus? Nemo scit. Dicere enim nequimus, quâ vi et arte fieri possit.

Animus vero se semper mutat. Nemo enim est tam stultus, qui non aliquando aliquid addiscat. Etiam sapientissimus quisque rationibus inductis, duiturnâ cogitatione deliberationeque aliquando aliquid novi invenire potest.

Facile intellectu est, nos homines non multa, quae existunt in rerum natura, adhuc mente comprehendere. Sicut enim homo barbarus, rudis ingenio non multum sapit, etiam barbatus senex semper non ad finem discendi perveniet, si omnia, quae doctissimi viri accumulaverunt, iam pro certo habent, addiscere volet. Et enim, temporibus praeteritis, homines non tam multa gerebant, non tantae artes, non litterae nostrae aetatis florebant. Etiam subtilissima, minima, quae oculis nullius percipi viderique possint, nostrâ aetate iam investigantur. Sed ea, quae atomos et particulas elementarias nuncupamus, nemo iam vide-

re potest, etiam optimo amplificantissimoque microscopio adhibito. Ratio sola, vel mathematica, vel a physicis exemplaribus et schematibus inducta res minimas capere studet. Capitne vere? Nihil, tantum ad efficientiam quandam valet, ut artis periti (technici), architecti, viri doctique particulas legesque naturae novas ad usum fabricationesque rerum multiplicium adhibeant.

Eas res, quas homo nostrâ aetate sibi excogitat, iam diu a veteribus desiderabantur. Sunt, qui etiam apud veteres volare velut aves optaverint: Icarus, qui alis constructis mare superare conatus ob consilium tum immaturum morte est punitus, exemplum dedit ingenii.

Vix sunt septuaginta anni, ut fratres Anglici Wright primi aëroplano in aërem se tulerunt. Si animus esset liber, sine vi per cosmum migrare posset. Ita, quippe qui non possit, nullum spatium maius quam intra orbem terrarum conficere potest.

Quid, si quando etiam suoapte alis, vel mentis vi homo per mundum terramve vagari posset? Aves quidem possunt, quamvis sint multo minus nobis. Homine maius quid est? Deus? An superhomo, qui in alia planeta, procul a nostro sole, vivat? Nemo scit. Aliquando plus sciemus. Nemo vero non ignorat nos numquam ad finem perventuros esse addiscendi, nova comprehendendi, meliora sapientioraque excogitandi.

Animus vero quid nostrâ aetate non quit? Se ipsum quidem delere, vi atomicâ adhibitâ. Quid mundum servabit, quominus a delirantibus, mente captis deleatur? Mens sola, quae insidet animo. Bestialis quidem animus mundum bestiarum more trucidat. Caelestis vero animus vi divina non solum amat, sed etiam auget. Animam si quis êdit, nos lugemus. Plangor et lamenta tio vero ad nos nihil iam pertinent mortuos. Vis animi omnia perspicit, nos nondum.

Quadragesimum quartum

De mente

Cicero, Tusculanae disputationes 1, 25 ff

Illa vis quae tandem est, quae investigat occulta, quae inventio atque excogitatio dicitur? Ex hacne tibi terrenâ mortali quae naturâ et caducâ concreta ea videtur? Aut qui primus, quod summae sapientiae Pythagorae visum est, omnibus rebus imposuit nomina? Aut qui dissipatos homines congregavit et ad societatem vitae convocavit, aut qui sonos vocis, qui infiniti videbantur, paucis litterarum notis terminavit, aut qui errantium stellarum cursûs, progressiones, institutiones, notavit? Omnes magni; etiam superiores, qui fruges, qui vestitum, qui tecta, qui cultum vitae, qui praesidia contra feras invenerunt, a quibus mansuefacti et exculi a necessariis artificiis ad elegantiora defluximus. Nam et auribus oblectatio magnâ ex parte est inventa et temperata varietate et naturâ sonorum; et astra suspeximus cum ea, quae sunt infixae certis locis, tum illa non re, sed vocabulo errantia, quorum conversiones omnesque motûs qui animo vidit, is docuit similem animum suum eius esse, qui ea fabricatus esset in caelo. Nam cum Archimedes lunae, solis, quinque errantium motûs in sphaeram inligavit, effecit idem quod ille, qui in limaeo mundum aedificavit, Platonis deus, ut tarditate et celeritate dissimiles motûs una regeret conversio. Quod si in hâc mundo fieri sine deo non potest, ne in sphaera quidem eosdem motûs Archimedes sine divino ingenio potuisset imitari. Mihi vero ne haec quidem notiora et illustriora carere vi divinâ videntur, ut ego aut poëtam grave plenumque carmen sine caelesti aliquo mentis instinctu putem fundere, aut eloquentiam sine maiore quadam vi fluere abundantem sonantibus verbis uberibusque sententiis. Philosophia vero, omnium

mater artium, quid est aliud nisi, ut Plato (censet), donum, ut ego, inventio deorum?

Haec nos primum ad illorum cultum, deinde ad ius hominum, quod situm est in generis humani societate, tum ad modestiam magnitudinemque animi erudit, eademque ab animo tamquam ab oculis caliginem dispulit, ut omnia supera infera prima ultima media videremus. Prorsus haec divina mihi videntur vis, quae tot res elliciat et tantas. Quid est enim memoria rerum et verborum? Quid porro inventio? Profecto id, quo ne in deo quidem quicquam maius intellegi potest. Non enim ambrosiâ deos aut nectare aut Iuventate pocula ministrante laetari arbitror, nec Homerum audio, qui Ganymedem ab dis raptum ait propter formam, ut Iovi bibere ministraret; non iusta causa, cur Laomedonti tanta fieret iniuria. Fingebat hoc Homerus et humana ad deos transferebat: divina mallem ad nos. Quae autem divina? Vigere, sapere, invenire, meminisse. Ergo animus, qui viget, invenit, meminit, ut ego dico, divinus est; ut Euripides dicere audet, deus. Et quidem, si deus aut anima aut ignis est, idem est animus hominis. Nam ut illa natura caelestis et terrâ vacat et umore, sic utriusque harum rerum humanus animus est expers; sin autem est quinta quaedam natura, ab Aristotele inducta primum, haec et deorum est et animorum. Hanc nos sententiam secuti his ipsis verbis in Consolatione hoc expressimus:

‘Animorum nulla in terris origo inveniri potest; nihil enim est in animis mixtum atque concretum aut quod ex terra natum atque fictum esse videatur, nihil ne aut umidum quidem aut flabile aut igneum. His enim in naturis nihil inest, quod vim memoriae, mentis, cogitationis habeat, quod et praeterita teneat et futura provideat et complecti possit praesentia. Quae sola divina sunt, nec inveniuntur umquam, unde ad hominem venire possint nisi a deo. Singularis est igitur quaedam natura atque

vis animi, seiuncta ab his usitatis nôtisque naturis. Ita, quicquid est illud, quod sentit, quod sapit, quod vivit, quod viget, caeleste et divinum ob eamque rem aeternum sit necesse est. Nec vero deus ipse, qui intellegitur a nobis, alio modo intellegi potest nisi mens soluta quaedam et libera, segregata ab omni concretione mortali, omnia sentiens et movens ipsaque praedita motu sempiterno. Hôc e genere atque eâdem e naturâ est humana mens.’

Ubi igitur et qualis est ista mens? Ubi tua aut qualis? Potestne dicere? An, si omnia ad intellegendum non habeo quae habere vellem, ne iis quidem, quae habeo, mihi per te uti licebit? Non valet tantum animus, ut se ipse videat, at ut oculus, sic animus se non videns alia cernit. Non videt autem, quod minimum est, formam suam (quamquam fortasse id quoque, sed relinquamus); vim certe, sagacitatem, memoriam, motum, celeritatem videt. Haec magna, haec divina, haec sempiterna sunt; quâ facie quidem sit aut ubi habitet, ne quaerendum quidem est.

Mens ergo in corpore quaerenda.

Credo quidem in capite, et cur credam adferre possum. Sed alias, ubi sit animus; certe quidem in te est. Quae est eius natura? Propria, puto, et sua. Sed fac igneam, fac spirabilem: nihil ad id de quo agimus. Illud modo videto, ut deum noris, etsi eius ignores et locum et faciem, sic animum tibi tuum notum oportere, etiamsi ignores et locum et formam. In animi autem cognitione dubitare non possumus, nisi plane in physicis plumbeus sumus, quin nihil sit animis admixtum, nihil concretum, nihil copulatum, nihil coagmentatum, nihil duplex: quod cum ita sit, certe nec secerni nec dividi nec discerpi nec distrahi potest, ne interire quidem igitur. Est enim interitus quasi discessus et secretio ac diremptus earum partium, quae ante interitum iunctione aliquâ tenebantur.

Quadragesimum quintum

Rapa in agro

In agro ambulans olim puella se in immensum et iniudicabile fatum inrepsit.

Numquam enim cogitavit de dis. Semper animum ad betas, rapas, aliasque fruges applicavit.

In corde nihil nisi vir quidam, qui se amaret, ut postulavit etiam atque etiam. Nihil vero humum, caelum adspectabat, intuebatur fruges. In medio agro vero rapum immensae magnitudinis crescebat, nihil malum cogitans, omnia velut sponte praeterreuntia videbat. Puella semper caelum admirans numquam vultum in medium agrum direxit. Sed, si quando in viae margine, in betularum ramis, virum sibi finxit, nullus respondit vocatus.

In immensae magnitudinis arbore quadam, quae ante puellam erat, nihil multi alii viderent nisi lignum, plantam, formam indefinitam, nihil moventem. Ipsa vero in arbore ob vim radicis, ob magnitudinem caudicis crassissimi, ob latitudinem eius, et propter altitudinem culminis, quod in caelum crescere videbatur, arborem quantum potuit admirabatur. Se ipsam ad truncum applicavit, vim arboris questa non cedere sibi, quod nemo se adspiceret ambulantem.

Stipes vero, postquam diu amplexata est infimam partem, sic loqui coepit:

Mene admiraris? Me truncum, me caudicem? Me stolidè hic stantem, qui nihil ago, nihil efficio, nihil moveo, nihil me admirari debes, si ad caelum pervenire vis.”

Puella respondit: “Qui te non admirer, tam robustum, tam fortiter imbris caeloque adverso resistantem?” Arbor obmutuit, nihil iam audiri potuit, quod ramus quidam, in summa arbore accrescens, sibi non placens dixit: “Me miserum, hic in summo culmine, in summa arbore cresco, nihil me admiratur praeter stella quaedam, quae in firmamento vesperi apparet.”

Audivit puella, nihil respondit.

Nos vero, qui in media vita ambulamus, quid respondere possumus?

Sic, ut puella, quae vix adulta hic, sub arbore, iterum constitit, tribus annis praeteritis: “Me stolidam, me stupidam! Vix admiror caelum, si frondern, arboris ramos, omne folium omitto.

Olim caudicem admirata non solum non vim divinam, sed etiam me ipsam illusi. Solum vim, quae immanis caecaque, sed petenda mihi tum videbatur, expetens flagransque, solum ad terram oculos figens nihil movi, nihil egi nisi vana. Nunc oculos ad caelum dirigo, ramum illum parvum, sed solitarium quaero, qui nihil iam apparet. Misera, quae hic sto, non proficio, nihil possum, quia non est momentum temporis opportunum.”

Nos vero, qui rectum, opportunum tempus praetermisimus, non iam in aerumnis esse debemus. Acclamavit enim vox ex medio agro, dicens: “Hic sum, me vide, rapa, quae omnium maxima crescit, si vis edere, carpe me.”

Sed puella, nunc adulta, non iam vitam, sed caelum admirans respondit: “Nihil me moves. Ne rapa crassa, plus alimenti praebens quam aliae, me quidem alet. Ex rapa enim sorbitio agrestis rusticaque coquitur, in me sudor iam abstersus iacet, ego carpam ramum inauditâ novâque voce, quae mihi res divinas explicet.”

Rapa respondit: “Sed, virgo, edere quidem debes. Qua re vesceris? Quibus alimentis frueris? Si me potiri voles, alias fruges erue, ut ad me venias. Te hic exspecto.”

Puella vero horrens animo: “Quis”, inquit, “es? Nemo me tibi monstravit, nemo explicavit, quid sis.”

Rapa, si vultum eius cognoscamus, erubesceret, ut beta rubra facta esset. Quis vero in rapa vultum agnoscat? Certe nemo. Sed, si videres in agro stantes, quomodo alia aliam intuita nihil dicerent? Certe nemo, immo nulla raparum ausa est respondere,

praeter unam: “Ego tibi hoc unum dico: Abi, aufuge te istinc, tu iam matura es pastui caelesti. Raphano vescere, quippe qui sit multo sucosior sapidiorque.

Immo vero raphanus primum odore gravi foetidoque, sapore acri acerboque est. Primum ergo nequis edere. Paulo post vero dulcedine mirâ assueta ipsa non iam sine raphano cenare voles. Quod vero ad illam” — manu rapam maximam indicavit — “adinet, nos te hortamur, ne illâ vescaris. Nocet, cum nec sapor nec odor tibi sint iucundi gustanti.”

Puella adnuit, capite demisso humum contemplatur.

Rapa: “Me miseram”, clamavit, “me fugis? Nihil mali commisi, nunc pro te moriar!”

Quid? Nemo îgnorat, quit sit futurum: Agricola messem faciens appropinquat, omnes rapas effodit. Omnesne? Sola ea, quae puellae placuit, quod verum dixerat, manet cibo data, ut puella satura domum proficiscatur.

Domi Manes vero eius rapae clamant:

“Cur filium, cur cor nostrum repudiavisti? Maximus omnium fuit.”

Respondit puella: “Repudiavi, quod umor me non delectavit. Siccus debuit esse.”

Arrisit vox: “Stupida es, nulla es.”

Illa, virgo nunc adulta: “Mene dicis? Ego hic iam inveni, quod lubet gratumque est animo. Sed, si quereris, uter sit stultior, dicam: Tu, qui solus in agro crassitudine, nihil altitudine, solo robore, nihil mente, me allicere conatus sis: Non enim corpus, sed mens delectat adultam me. Te vero faustum felicemque dicam, si vultum tu quoque ad stellas direxeris, ut agnoscas te sine eruditione animi nihil in parva puella movere quire.

Quadragesimum sextum

Verba poëtae

In nova férnt animús mutátas dícere fórmás
 córpora: dí, coeptís (nam vós mutástis et íllas)
 adspiráte meís primáqu(e) ab orígine múnđi
 ad mea pérpetuúm dedúcite témpora cármen.

Publius Ovidius Naso libro, qui dicitur *Metamorphoses*, ita censet non solum res divinas, quae ante pueris puellisque in schola narrabantur, sed etiam hominum narrationes fabulasque, quas alii fictas, alii veras putant, iis proponere, ut viderent, novas formas esse quaerendas fabulis vetustis. Etenim, cum dicit, “animus fert”, significare vult non solum “animus propellit”, sed etiam “animus augetur”, cum fabulas veteres novâ formâ enucleate narrat.

Metamorphoseôn libri nuncupantur, quod in iis se homines semper quadam formâ nobili, sed pravâ in alios homines mutant. Iis ipsis semper inhaeret aliquid amari tristeque.

Io

Inachus unus abest imoque reconditus antro
 fletibus auget aquas, natamque miserrimus Io
 luget ut amissam; nescit vitâne fruatur
 an sit apud manes, sed quam non invenit usquam,
 esse putat nusquam atque animo peiora veretur.
 Viderat a patrio redeuntem Iuppiter illam
 flumine et ‘o virgo Iove digna tuoque beatum
 nescio quem factura toro, pete’ dixerat ‘umbras
 aliorum nemorum’ (et nemorum monstraverat umbras)
 ‘dum calet et medio sol est altissimus orbe.
 Quodsi sola times latebras intrare ferarum,

praeside tuta deo nemorum secreta subibis,
 nec de plebe deo, sed qui caelestia magna
 sceptrâ manu teneo, sed qui vaga fulmina mitto.
 Ne fuge me!' Fugiebat enim. Iam pascua Lernae
 consitaqu(e) arboribus Lyrcea reliquerat arva,
 cum deus inductâ latas caligine terras
 occuluit tenuitque fugam rapuitque pudorem.

Interea medios Iuno despexit in agros,
 et noctis faciem nebulas fecisse volucres
 sub nitido mirata die non fluminis illas
 esse nec umentî sensit tellure remitti
 atque, suus coniunx ubi sit, circumspicit, ut quae
 deprensi totiens iam nosset furta mariti.
 Quem postquam caelo non repperit, 'aut ego fallor
 aut ego laedor' ait delapsaque ab aethere summo
 constitit in terris nebulasque recedere iussit.
 Coniugis adventum praesenserat inque nitentem
 Inachidos vultûs mutaverat ille iuvenecam
 (bos quoque formosa est): speciem Saturnia vaccae,
 quamquam invita, probat nec non, et cuius et unde
 quove sit armento, veri quasi nescia quaerit;
 Iuppiter e terra genitam mentitur, ut auctor
 desinat inquiri: petit hanc Saturnia munus.
 Quid faciat? Crudele suos addicere amores,
 non dare suspectum est: Pudor est, qui suadeat illinc,
 hinc dissuadet amor. Victus pudor esset amore,
 sed, leve si munus sociae generisque torique
 vacca negaretur, poterat non vacca videri.
 Paelice donata non protinus exiit omnem
 diva metum timuitque Iovem et fuit anxia furti,
 donec Arestoridæ servandum tradidit Argo.

Vis hominis ergo mutatur, homo ipse manet, quamquam

formâ atque specie aliâ. Iuppiter, summus deus, omnia potest, omnia facit. Quam ob rem contra eum nullum est, quamquam oppugnantibus nobis, remedium. Sola Iuno, uxor eius, vim Iovis frangit. Quam rem nos ita interpretari possumus, viros in domo non semper imperare uxoribus, sed vicissim alius ad alium respicere. “Amor vincit omnia.”

Quadragesimum septimum

Vergilius

Publius Vergilius Maro Romanorum auctor celeberrimus est poësi.

In libro, cui titulus est ‘Aeneis’, Aeneam virum nobilem Vergilius Romam praesagientem facit, cum a Troia capta profectus, multis periculis superatis, in Latium ingrediatur.

Arma virumque cano, Troiae qui primus ab oris
 Italiam fato profugus Laviniaque venit
 litora, multum ille et terris iactatus et alto
 vi superum, saevae memorem Iunonis ob iram
 multa quoque et bello passus, dum conderet urbem
 inferretque deos Latio; genus unde Latinum
 Albanique patres atque altae moenia Romae.

Musa, mihi causas memora, quo numine laeso
 quidque dolens regina deûm tot volvere casûs
 insignem pietate virum, tot adire labores
 impulerit — tantaene animis caelestibus irae?

Ita Vergilius narrat. ...

Iuno, dea suprema, reliquias Danaum (=Troianorum)
 arcebat longe Latio, multosque per annos
 errabant acti fati maria omnia circum.
 Tanta molis erat Romanam condere gentem.

GRAMMATICA

	I	
3. pers. indicativi praesentis (coni. A), <i>est</i> .		
Declinatio A, singularis		4
	II	
Idem, pluralis		
	III	
Decl. O, sing. (masc. / neutra), <i>humus, Aegyptus</i>		6
	IV	
Decl. O, pluralis, <i>lavo, se, alii ... alii, si</i>		7
	V	
Decl. consonantica, <i>nullus, nemo, cum temp., potest</i>		8
	VI	
Coni. E, plurale tant. (<i>deliciae</i>), <i>volo, volunt, careo</i>		9
	VII	
Decl. O (neutra), decl. cons. (consecutio)		10
	VIII	
Imperativus 1 sing., adiectiva in -a/o, <i>esse, pater, mater, in, sub</i> , 1. + 2. pers. ind. praes., interrogatio (- <i>nĕ</i>)		11
	IX	
<i>Omnis, posse, si, quis, qui</i>		12
	X	
Coni. A, E (ind. praes. pass.), <i>inveniuntur, venire, ire, Tiberis</i> , coni. mixta (<i>navis, urbs</i>), <i>vas, arbor, malle, ipse, is (ea, id), eius</i> , dativ. finalis, <i>utrum ... an</i>		13
	XI	
Coni. I (3. pers. ind. praes. act. + pass.), <i>res</i> , infinitivus praes. pass., <i>ille, se + a.c.i.</i>		15
	XII	
Decl. U, <i>manus, domus, tribus, anus, suus/eius, si quis</i>		17
	XIII	
Decl. U, coni. cons. (ind. praes.), <i>ratio, quisque</i>		19
	XIV	
Decl. E, infin. fut., <i>velle</i> (ind. praes.)		21
	XV	
Decl. cons. (neutra), <i>animus</i> , adiectiva in -is, <i>Iupiter</i>		23
	XVI	
Decl. I femin. (<i>febris</i> etc.), <i>erat, erant, ut sit, aĕra</i>		25
	XVII	
Decl. I neutra (<i>mare</i>), <i>ferre, (cum) sit, noli, caro</i>		27
	XVIII	
Verba deponentia (ind. praes.), vocativ., <i>fit, erit, opus est</i>		29
	IXX	
<i>Rex, res publica, particeps, velle + nolle</i> (ind. praes.), <i>dives, pauper</i>		31
	XX	
Adiectiva praedicativa / adverbia, <i>ut + coni. praes.</i>		33
	XXI	
Coniunctivus praesentis, <i>vetus, nĕ</i> , coni. potentialis		35
	XXII	
Indic. perf. + imperf., partic. praes., accus. cum participio		37

	XXIII	
Item, accusativus + nominativus cum infinitivo		39
	XXIV	
Participium perf., ind. perf. pass., inf. perf., <i>situs</i>		41
	XXV	
Perfectum passivi, participium coniunctum, abl. abs., <i>novisse, moenia</i>		43
	XXVI	
Coniunctivus imperfecti, participium praes.		45
	XXVII	
Superlativus		47
	XVIII	
Item, accusativus + nominativus cum infinitivo		39
	IXX	
Varia, <i>quam</i> + compar.		51
	XXX	
Futurum I, <i>scobis</i> (singulare tantum), <i>affectus, quominus</i>		53
	XXXI	
Praesens hist., fut. II, traiectio, plusqupf., supinum I, <i>dum</i>		53
	XXXII	
Repetitio, <i>ausim, duint, ibo, quin</i>		57
	XXXIII	
<i>Si, cum</i> temporale, <i>memini, odi, revertor</i>		59
	XXXIV	
<i>Odisse, opto</i> + <i>ut, memini</i> , coniunct. perf., imperativus negatus, infin. futuri act., gerundium		61
	XXXV	
Narratio, <i>pro</i> , ablativus qualitatis + respectus		63
	XXXVI	
<i>Fors, sors, anima, animus, loca</i> , coniugatio periphrastica		65
	XXXVII	
Gerundivum, gerundium		67
	XXXVIII	
Abl. + gen. pretii, <i>as, sestertius, constare, rus</i> etc., <i>dubito an</i> , partic. praes.		69
	IXL	
Gerundivum, imperat. II (<i>memento, loquitor</i>)		71
	XL	
Repetitio		73
	XLI	
Epistulae		75
	XLII	
Sententiae condicionales, comparat., <i>qui</i> + coniunct.		77
	XLIII	
Repetitio		82
	XLIV	
Repetitio (Cicero, Tusc. disput. 1,25)		85
	XLV	
Psychologica		88
	XLVI	
Poësis		91
	XLVII	
Vergilius		93

INDEX FABULARUM

	<i>lectio/pagina</i>			<i>lectio/pagina</i>	
Da, ego do	XI	16	45		
In urbe Roma	XII	18	De Romanorum victu	“	46
In silva	XIII	19	De septem Suebis	XXVII	47
Ratio atque usus	“	20	De virgine rapta I	XXVIII	49
Res et spes	XIV	21	Collatini severi		
Praedones et milites	“	22	(de virgine rapta II)	IXXX	51
Ancilla et res novae	“	22	De ave capta	XXX	53
Vis in innoxium	XVI	25	De viro capto	“	54
Febris	“	25	De virgine rapta III	XXXI	55
In desertis	“	26	Viri in saltu	XXXII	57
Sine spe in desertis	“	26	Vir sanatus	“	58
In culina	VII	26	Tres mulieres ad rivum	XXXIII	59
In calamitate servatio	XVIII	29	Duo amici	XXXIV	61
Rex in regia	IXX	31	Ad arma! (<i>Caesar</i>)	XXXV	63
Duo in rate	“	31	Tragica fors	XXXVI	65
Ratio solvitur	“	32	Vinum in mundo	XXXVII	67
Faunus in prato	XX	33	Tres viri sibi		
Tres puellae in subsellio	“	33	uxores quaerunt	“	68
In villa	XXI	35	Vindemia	“	68
In caupona	“	35	Vita in caupona	XXXVIII	
Re et verbo	“	36	69		
Lanio	“	36	Vita ruri	“	69
In horto	XXII	37	Vale!	“	70
Sub aqua	“	37	In schola	IXL	71
Pugna	“	38	Elementa scholae		
Bellum indicitur	“	38	(<i>Quintilianus</i>)	XL	73
Sedes in silva	XXIII	39	De vita post vitam	XL	73
In vinea	“	39	Epistulae		
Ros	“	39	<i>Plinius Minor</i>	XLI	75
De caelo missio	“	40	<i>Cicero</i>	“	76
De situ urbis Romae	XXIV	41	Vis caelestis	XLII	77
De situ urbis Athenarum	“	42	De vi animi	XLIII	82
Vox de caelo	“	42	De mente (<i>Cicero</i>)	XLIV	85
Res publica Romana	XXV	43	Rapa in agro	XLV	88
Cloelia virgo I	“	44	Verba poëtae (<i>Ovidius</i>): Io	XLVI	91
Cloelia virgo II	XXVI		<i>Vergilius</i>	XLVII	93